

Ezech. c. 7. ostendit sub eadem metaphora, peccata nostra plagarum fructū germinare. Scietis, inquit, quia ego sum Dominus percutiens. floruit Virga, germinauit superbia. Quem locum sic Hier. Hieronymus cōmentatur. Floruit Virga, quæ multo vobis tempore minabatur: & de flore fructū plagarum parturit.

2. Tertio. adeò verum est pœnarum fructum, peccato debetri tanquam radici, seu flori, vt Caim, qui fratrem occiderat, post diuinæ punitionis sententiam, qua super terram vagus, & profugus, tanquam in exiliū à Deo in peccati pœnam missus est, ipse met capite se ipsum dānauerit dicens. Ecce ejcīs me hodie à facie tua; omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Vbi vides quod Deus abire iussit eum vagum, & profugum super terram, ipse autem reus quia fratre occiderat, morte se dignum iudicauit: fratricidiū enim, quod patrauerat, illi iam mortem ipsā in peccati pœnam germinabat.

Verum à quo iam tunc homicida ille pessimus metuebat occidi, cum nulli adhuc homines existerent super terrā, præter ipsius parētes, à quibus pie-

tate detentis non videbatur occidens? Nihilominus tamen, ut ait beatus Ambrosius, poterat Caim parentes parricidas timere, qui docuerat potuisse cōmitti parricidium. Addiderim potuisse Caim mortem habere suspectā licet nullus esset à quo posset occidi, quia fugit impius nemine persequente; & sonitus terroris semper est in auribus illius. Imò iam priusquam occideret fratrem, ipsum met occiderat inuidia, cuius vulnere Caimo vultum cōcidisse Deus viderat cum dixit. Quare iratus es, & cur concidit vultus tuus? Ecce Domin⁹ Deus dæmoniacum istum, Caimum dico, curaturus aduenit, tanquam pius, & misericors pater; verū quia postquam illum obcaecauit malitia eius, vt fratrem occideret, peccatum eius, sicut ei Deus prædixerat, statim adfuit in foribus illius; factus est sicut surdus non audiens, & sicut mutus non aperiens os suum. Vere Deus venerat mederi, si ipse vellet confiteri: sed quia peccator Dēi in crepationē tanquam surdus nō audiuit vt pœniteret; & tanquam mutus non aperuit os suum petens veniam, Deus noluit eum curare, qui voluit desperare, vt cæcus,

Iob. c.
25.

3.

Annotationes in Euangelium

cæcus, surdus, & mutus in infernum properaret.

Ioān. c. 11.
Elle vero animam in hoc statu constitutam omnium infælicissimam, visus est significasse Christus quando Lazarum resuscitaturus ad sepulchrū eius lachrymatus est: videbat enim Lazarum amicum suum ligatū intra sepulchrum iacere, in quo tanquam in figura recordatus est peccatricem animam in corporis sepulchro inclusam, manibus, pedibusque ligatam, claudente è foris ostium dæmone, hoc est, cæcam reddente, ne futuram inspiciat damnationē, surdam, ne salutis audiat monita, mutam, ne Dei misericordiam, & veniam possit vocali confessione impetrare.

4. Marc. 4. Quo etiam mysterio Dominus noster Iesus Christus apud Marcum cap. 7. mutum, & surdum curatorus legitur ingemuisse, suspiciens, inquit, in cœlum ingemuit, & ait illi, Ephetā, hoc est, aperire. & statim apertæ sunt aures eius, & solutū est vinculū linguae eius, & loquebatur rectè.

Neque vero prætereunda est ratio ob quam diabolus hominem istū potius reddiderit mutum, quam loquacem? maximè

9. Jacob.
Præ.
Ma.
cum lingua malura inquietum sit; adeo inquietum, ut qui ea non offenderit perfectus iudicetur, & vt dicitur Proverbiorum cap. 6. *Laqueus est fortis viro propriæ labia, & capitur verbis oris proprij.* Vnde capite quinto eiusdem libri dicitur. *Labia sapientis alligata sunt intellectus.* Quare beatus Ambrosius. *Vitnam, inquit, aut Adam surdus fuisset, aut Eua obmutuisset: ille, ne vox oris vocem audiret: hæc ne loqueretur marito.* Idemque sanctus doctor in illud Ecclesiastici 28. *Verbis tuis facito stateram.* Pezai as palauras. Sic in libr. I. Officiorum loquentes alloquuntur. *Profer sermones ad mensurā, libra examinatos iustitiæ;* ut sit grauitas in sensu, in sermone pondus, in verbis modus. In eandem sententiam Chrysostomus in Ps. 104. stateram, & lancem docet faciendam linguæ, ut non solù verba, quæ oportet efferamus, sed cum ea etiam, quæ par est cautione, veluti ponderantes expendamus. Si enim, inquit, hoc facimus in auro, multo magis faciemus in verbis, ut nihil desit, nihil redundet, &c. Cum igitur difficile admodum sit verbis non offendere, quorsum diabolus dñe-

demoniacum reddidit mutum,
& non potius loquacem?

Dicendum videtur, diabolū
ijs, quibus dominatur tantum
obesse silentio, quantum loqua-
citate. *Quamobrē Christus Do-*
Mac. 1. *minus, vt refertur Marci capite*
primo, diabolum tacere iussit,
cum tamen ab eo Iesus Naz-
renus appellaretur. Erat, inquit
Marcus, in synagoga eorum homo
in spiritu immundo, & exclamauit
dicens. Quid nobis, & tibi, Iesu
Nazarene? Venisti perdere nos an-
te tempus. Scio quod sis sanctus
Dei, &c. Propter hoc ultimum
verbum iussit eum Dominus
tacere: ne scilicet aliquis exver-
bis illius in errorem inducere-
tur; id, quod diabolus intende-
bat. Et comminatus est ei Iesus di-
cens, obmutesc, & exi de homine
isto. Vbi Chrysostomus sic ait,
*Chry-
ft. Moyses sanctus fuit Dei: Hiero-*
mias sanctus fuit Dei. quare non
dicis sanctus Deus? obmutesc ergo,
& exi de homine isto, &c. Dia-
bolus ergo tunc loquebatur ut
populum deciperet; poterant
enim eo auditio, Christum non
Deum, sed sanctum Dei existi-
mare; in hodierno vero dæmo-
niano Luc. 11. tacuit, ne forte
loquendo veniam impetraret.

Et cum eiecisset dæmoniū
locutus est mutus, &
admirata sunt turbæ:
quidam autē dixerunt
in Beelzebutb ejicit da-
monia.

5.
If 35.
Matt. 12.
Locutus est mutus; locuti
sunt pharisæi, locutæ sunt
turbæ; & locutus est etiam Do-
minus Iesus. Omnes quidē sunt
locuti, & qualis vnuſquisq; erat,
talem se exhibuit in sermone, q̄
cada hum fala como quem he.
Mutus. Dei omnipotentiam ex-
pertus, quam Christus Iesus in
eius mirabili curatione, parcē-
do maxime, & miserando mani-
festauerat, ingentes creditur, &
immortales eidem Christo gra-
tias egisse: turba verò deuota, &
simplex rem ex euentu iudicā-
tes diuinū Christo dabant ho-
norem, memores forte de illo
dixisse Isaiam c. 35. Tunc aperta
erit lingua mutorū: aperientur ocu-
licæ corum, & aures surdorum pa-
tebunt. Vnde Euangelista Mat-
thæus hæc referens cap. 12. air,
quod stupebant omnes turbæ, &
dicebant, numquid est filius David,
hoc est Messias? Denique scribæ,
&

Annotationes in Euangelium

& pharisei superbia tumentes, inuidia tabescentes, & malitia scatentes blasphemabant dicentes. *in Beelzebuth ejicit dæmonia.*

Matt. 12. Acrius blasphемabant iuxta litteram Matthæi. *Hic, inquiunt, non ejicit dæmonia, nisi in Beelzebuth.* accerrimè iuxta id Marcus 3. ait. *Quoniam, inquiunt, in furore Versus est, & Beelzebuth habet, & in principe dæmoniorum ejicit dæmonia:* sic enim populum seducebant, ut Iesum dæmoniacum haberent, & magum.

Notanda autē nobis est maximè, & fugienda causa tanti erroris, & radix tantæ blasphemiae, ne forte & nos in eundem diaboli laqueum aliquando incidamus. Magnus errorum, ac mendaciorum artifex cupiditas est, atque sui ipsius amor: quid enim animus effrenatis cupiditatibus excæcatus, recte valeat iudicare? ideo namque in iure, iudex alteri parti infensus, vel amicus, ut suspectus solet repudiari. Mias igitur in propria causa verus, & incorruptus iudex erit, qui immoderato sui amore tenetur. Hinc Plutar chus vtilissimum homini censem acrem habere inimicum, ut nimirum in illius oculis facile

in vita sua videre quis possit, quæ cæcus amor sui in se vide re non sinit. Id, quod aperte pre dicabat Philippus Macedonum rex, qui sibi gratulabatur, quod Phili infensos haberet Athenienses, ut eorū maledictis quid in morib⁹ suis esset vituperatione dignum, intelligeret: atque ita ut eos mendaces ficeret, summa cura nitebatur.

Pharisei nihil sinistrum de Christo verè poterant iudicare, sed quia tanti gloriam miraculi, sibi ignominiae fore crede bant, cupiditate, & liuore obcecati, in blasphemiam inciderunt: quemadmodum enim araneus, & apis ex eodem flore, & venenum, & mel conficere videmus: & sicut etiam pluua in terram decidens, varijsque plantis alimenta ministrans, in cicuta venenum, in vite vinum, in cæterisque arboribus pro earum natura varios fructus, floresque producit, eodem modo Redēptoris opera mirabilia, turbis quidem admirationi, Iudeis vero inuidiæ, & blasphemiae fuerunt, ita ut nonnulli eorum dixerint, *in Beelzebuth principe dæmoniorum ejicit dæmonia.*

Iesus

Iesus autem ut vidit cogitationes eorum, &c.

Ego ne putandum est ut Deus hominum cogitationes intueatur, & non omnes cum timore, & tremore salutem nostram operemur? ne quæso, fratres, vobis unquam excidat è memoria veritas hæc metuenda nimis: nō enim frustra Deus eam nobis toties in diuinis literis voluit commendari. Et in primis quidem Proverb. c. 16.

^{7.} Omnes viae hominis, inquit, patet oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. Quid spiritu aut leuius, aut subtilius? exactissima ergo Dei statera iudicatur, in qua spiritus ipsos, hoc est, intimas, & subtilissimas dicitur cogitationes ponderare. Sic regis Balthasaris mentis elationem, cordisque cogitationes Domini num ponderasse significatū est.

^{16.} Danielis capite quinto cum dicatur. Thecel. id est, appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Huius vero rei figuram ha-

^{5.} bes Leuitici cap. 27. cum sic legimus. Omnis estimatio, sicut sanctuarij ponderabitur. Nam ad pondus scilicet sanctuarij in statera,

^{Leuit. 27.} exigebarunt premium rerum, quæ

Deo offerebantur; indicatur ergo Deum ad pondus sanctuarij, hoc est, ad strictissimum examen reuocare, & exigere vniuersas hominum actiones, atque etiam intimas cordis cogitationes: hæc enim omnia Deo optimo, maximo iugiter sunt à nobis offerenda. Nolite ergo, fratres, errare sicut illi, qui insipienter dixerunt, Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Psal. 94. contra quorum insipientiam scriptum est Hierem. 17. Ego Dominus scrutans corda, & probans venes, qui dominicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum ad inventionum suarum. Vnde & Dominus Iesus antequam pharisei quidquam loquerentur, visis eorum prauis cogitationibus ait, omne regnum in se diuīsum desolabitur, &c.

^{Hier. 17.} Quanuis vniuersaliter verum sit diuisionem, eius rei, quæ dividitur esse ruinam, tamen à manifestioribus Dominus similitudinem sumpsit: nam et si nihil in terris regno est firmius, facile nihilominus destruitur seditione dissipatum. Ratio vero Salvatoris aduersus eos, qui in corde suo dixerant, in Beelzebuth ejicit dæmonia, talis est. omne reg-

Annotationes in Euangelium

num in se diuinum desolabitur; sed vos dicitis me in Beeizebuth ejcere dæmodia; ergo regnum diaboli diuīsum est, & ex cōsequēti nō est stabile: dicitis enim dæmones cōtra se ipsos pugnare, alter alterū à corporibus expellendo. Ex hac verò Christi ratione colligitur dæmones inter se non esse diuīsos, sed omnes simul in eandem conuenire sententiam ut nobis incommōdant.

Mirabili etiam, diuinoq; modo ostendit Iesus se non habere dæmonium, à quo cum aliquis possidetur, furiosus efficitur, ira cundus, atque præcipitatus. Vnde si Christus habuisset dæmoniū non respondisset phariseis mansuetè, & patienter, seruans modum illum, quem nobis docet Spiritus Sanctus Prou. 26. Ne respondeas, inquit, stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis: responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. In quibus verbis contrarietas quædā esse videtur: quomodo enim quis respōdere potest stulto iuxta stultitiam suā, & non respondere eidem iuxta eandem stultitiam. Tollitur hęc difficultas duobus modis. Pri-

mo iuxta Bedā, intelligi potest sapientē voluisse significare stulto stulte loquenti quandoq; respondendum, quandoque non. Vtrumque enim faciendum est pro temporum, & personarum diuersitate: nam & quandoque stulti stultus sermo contemnēdus est, nec habendus dignus responsione, ne quis semper omnia dicta stulti reprehēdere, & confutare voluerit, etiam in stultitiam, aut stultitiæ notā incidat, dum facit quæ stultitiæ sunt, respondēdo ad ea, quæ cōtemnenda erant, & respondendo illi, in quo nullus proferetur fructus. Vnde suprà dixit Scriptura. *Noli arguere derisorem, ne oderit te.* Quandoque vero stulto inepta loquēti respondēdū est; vt cum periculū est ne alijs sua stultitia noceat, sibiq; nimis placeat dum nullum audiit sibi contradicentem, atque ob id sibi sapere videatur, audeatq; frequentius, & liberius suam profundere stultitiam in aliorū detrimentum. Itaque rationes diuersæ, quæ in diuersis indicantur sententijs, ostendunt quando sit stultis respondendum, & quando non. Alio modo dici potest, quod cum dixit sapiens

ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, vult stulto stulta prò ferenti non esse etiā stultè respondeendum, sic scilicet ut sapiēs, eius imitetur stultitiā; vt si stultus maledictis aliquem incessat, & probris impetrat, aut si carnalia proferat, alias vicissim similia respondeat: sic enim similis stulto efficietur, stulta & ipse cōmittens. Cum vero dicit, *responde stulto iuxta stultitiā suam*, vult pro exigentia stultitiæ stulti, respondendum esse ei, sed rationibus, & verbis, quæ sapientē decent; vt scilicet prudenti respōsione ostēdatur ei, stultitia sua, ne sibi sapiens esse videatur, itaque in diuersis sentētijs iuxta hanc expositionem, quam tradit Lyranus, præpositio, iuxta, accipitur aliter. Nam in priori sententia significat imitationē; in secūda exigentia. iuxta priorem vero intelligentiam, potest utrobique significare exigentia, vt significetur aliquando respōdendum stulto pro exigētia, aut merito stultitiæ eius, aliquando non respondendum ei ut miretur. Conuenit cum hac doctrina illud, quod Cicero in apologia sua Sallustio opposuit, *Mihi, inquit, ratio habenda est non quid*

Sallustius meritò debeat audire, sed
ea dicam, quæ ego honestè effari
possum.

Instruuntur vero magnates, principes, & superiores prædicta doctrina & Christi mansuetudine, ne sint in puniendo, seu respondendo præcipites licet id efficere queant, ad exemplum Saturni planetæ, qui inter errātia sydera superiorem obtinet locum, cumq; motum rapuum velociorē habeat, in suo tamen naturali tardior est: eodē ergo modo superiores, tardie esse debent ad iracundiam, animoque sedato, & circunspecto: *responsio enim mollis frangit irā, sermo rērō durus fuscitat furorem.* Quare ^{Preū,} Christus Dominus, & magister, ^{15.} cum male diceretur non male dicebat, cum pateretur, non comminabatur, vt ait Apostolus eius Petrus ^{z. Pet.} 2. epist. c. 2. qua ratione ab Isaia agnus appellatur. cap. 53. ^{z.} *quasi agnus coram tendente se obmutescet.* Cum igitur tam mansuetè se habuerit cum phariseis blasphemantibus, nemo illi iure poterat exprobrare quod démonium habuerit, maximē cū diabolus suos semper soleat, vt diximus, furiosos reddere, & iracundos.

Lyra-
bus.

Cicer.

Annotationes in Euangelium

*Si autē ego in Beelzebuth
eijcio dæmonia, filij ve-
stri in quo eijciūt? ideo
ipsi iudices vestri erūt.*

Alia ratione ipsos arguit: *cum enim filij eorum dæ-
monia etiam eijcerēt non erat,
qui eos iniurijs afficeret. Ideò,
inquit, ipsi iudices vestri erunt.* De huiusmodi iudicio ait Sal-
uator noster, *Sedebitis & vos iu-
dicātes duodecim tribus Israēl, quia
vobis credētibus illi credere nolue-
runt. Hoc est, vestra fides eorū
condemnabit infidelitatem. Si-
militer. Niniuitæ surgent in iudi-
cio cum generatione ista, & con-
demnabunt eam, quia pœnitentiam
egerunt in prædicatione Ionæ; &
ecce plusquam Ionashic. Viri Ni-
niuitæ barbari, sine prophetis,
sine doctrina, sine miraculis, so-
la Ionæ prædicatione tantā pœ-
nitentiam egerunt, ut indigna-
tionem à se auerterent; ideo ta-
lem generationem condemna-
bunt, quæ cum habuerit tot ma-
gistros, tot exempla, & prophe-
tas, non solum non credidit, sed
etiam ipsum Iesum prophetarū
Dominum, & regem gloriæ, cō-
tumelijs affectum crucifixit.*

Vx nobis, qui etiam si voce
confiteamur nosse Deum, factis
plerumque eum negamus: si e-
nim viri Niniuitæ surgent in iu-
dicio cum generatione illa, quia
credere noluerunt, à fortiori
etiam surgere debent contra
eos, qui cum Christiano cen-
seantur nomine, secundum ea,
quæ Christi fides docet opera-
ri minime curant. *Regina quoq;*
Austri surget in iudicium cum
Christianis istis, & condemnabit
*eos, quia ab ultimis regioni-
bus venit audire sapientiam Salo-
monis; & ecce plusquam Salomon
hic, videlicet Christus I E S V S*
quotidie clamās venite ad me;
*vix tamen inuenitur qui ve-
lit eum clamantem audire, ne*
*dum ad ipsum toto corde ve-
nire.*

*Si indigit Dei eijcio, pro-
uenit in vos regnum
Dei.*

Christus Dominus in diui-
na Scriptura manus vo-
cari solet, quia cum sit unigeni-
tus Dei filius, verbumque Pa-
tris, per illum Deus quasi per
manum omnia operatur iuxta
id,

id, quod ait Euangelista Ioannes cap. 1. sui Euangeli, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Sic Origenes hom. 27. in Numer. Hieronymus Ezechielis 27. Quo sensu intelligendus est regius Vates in Psal. 143. cum sic Deum aliquiditur. *Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libara me de aquis multis,* &c. Christi incarnationē petit.

Cyril Hinc etiam Cyrillus de incarnatione vnigeniti; ait manum illam Moysis in sinu sanam, & extra sinum leprosam, signifi-
care filium Dei. Designat, inquit, Christum in sinu Patris, ubi diuinitatis natura fulgebat: Verum cū aliquo modo extra fuerat per incarnationem, factus in similitudine carnis peccati, & inter iniquos deputatus est, &c. Cum ergo manus Dei sit Christus; digitus eius, virtus infinita, miraculorum operatrix intelligenda est, de

Exod qua magi in Aegypto, *digitus Dei, inquiunt, iste est.* Hoc igitur digito destruebant Apostoli, & magister eorum Christus diabolum, eum à corporibus ejiciendo; de quo Dominus Iesus intelligendus est cum sic aduersus phariseorum blasphe-

mias arguit, si in digito Dei ejus dæmonia profectò peruenit in vos regnum Dei, hoc est ipse et Christus in lege promissus: sic enim Hieronymus, & Chrysostomus intellexerunt, iuxta id, quod Isaías prædixerat cap. 53. Tunc aperientur oculi cæcorum, aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum; in electione vero huius dæmonis, ut iam diximus, omnia hæc impleta esse constat: erat enim homo iste, quem Jesus curauit, cæcus, surdus, & mutus. Vel alio modo exponendo peruenit in vos regnum Dei, intelligi potest de regno cœlorum: illa enim electio dæmonum de corporibus, manifestè indicabat aduenisse iam eum, qui animas erecturus erat de potestate principis tenabrum, sicut ipse Dominus Jesus alibi dixit. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi ejicitur foras.

Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia, quæ possidet.

Nihil miserabilius, nihil infelicius, nihil magis do-

Annotationes in Euangelium

I3. lendum, nihilque sanguineis lacrymis magis deplorandum, quā hominum animas in pace, hoc est nihil reluctantes, nec principis tenebrarum tyrannidē accusantes, sed sponte obsequentes sub eius imperio, captiuitate misera, securas detineri: cum interim inter ipsas, æternaque supplicia, sola vita intersit, quæ telis araneorū est fragilior. Cū filij Israel sub Pharaonis imperio tenebatur, non in pace agebant, sed quærebantur, angebātur, ad libertatem semper aspirantes. Vnde & Deus videns afflictionem eorum, misit Moysē ad liberandum eos in manu potenti, & reuera liberati sunt. At vero in huiusmodi animarum captiuitate, miseri homines in utramq; dormientes aurē nullo modo possunt liberari; imō ipsimet in malum suum, diabolo armæ ministrantes, in quibus confidit, custodit ut fortis atrium suū, potens in pace omnia possidere. Hæc est illa peccatorum pax, quam regius Propheta videns, zelabat super iniquos. In cuius rei figura Babylonici ciues rogant captiuos Israelitas, ut hymnum cantent eis de canticis Sion; ut nimirum cantio-

nib' deteti, in captiuitate quiescent miserrime obliti seruitutis, & ad libertatis bonum minimè anhelarent. Hæc igitur peccatorum pax, & securitas falsa, est, quæ diabolo vires contra nos, & arma ministrat. Hæc est, quo fortē illum facit armatum, atrium suum custodire, atq; hominum animas in pace possidere.

Fortis ergo ille armatus de quo Dominus in Euangelio parabolice locutus est, Lucifer intelligendus est, qui ante Christi adventū in pace omnia possidebat, libereq; in hoc mundo gravabatur; à fortiore tamen superueniente Iesu Christo per passionē, & crucē ligatus est, & ad tartareas sedes vsq; ad antichristi tempora detrusus; id, quod apertè diuina testatur scriptura Apoc. c. 20. sub his verbis. Vidi angelum descendenter de cœlo habentem clauem Abyssi, & catenam magnam in manu sua: & apprehendit draconem serpensem antiquum, qui est diabolus: & ligavit eum per annos milles, & misit in abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consumetur mille anni. & post hæc oportet illum solui modico tempore.

Intel-

Intelligi autem per hunc angelum Christom Dominū, cōmuni est sententia: is enim est ille, qui per incarnationis mysteriū ē cōelo descēdit, & habet clauē abyssi, id est inferni, sicut ipse de se dixit Apoc. 1. *Habeo claves mortis, & inferni.* Catenā verò magnam, potestatem eius intellige, is igitur est, qui apprehendit serpētem antiquū, id est diabolum, eumque ligatum hoc est suæ potentiaz, & imperij catena devinctum, in inferni carcere detrusit: vbi erit per mille annos, id est, usque ad antichristi tempora, atque in hoc sensu accipiendū est illud Christi Domini Ioannis c. 12. *Nunc princeps huius mundi ejicietur feras.* & illud Matth. 12. *Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & rasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?* ac denique sic intellegenda est parabola illa præsentis Euangelij Lucæ 11. *cum fortis armatus custodit arriū suū, &c.* vt dicamus fortem illum fuisse Luciferum, ante Christi passionem, fortiorēverò, qui illum alligauit fuisse ipsum Dominū Iesum, qui, vt Euāgelista testatur in homine isto hodie ejiciens dœmonium; quiq; postea per mor-

Apoc.

Matt.

tem suam superueniens, dñiuersa eius arma abstulit, in quibus confidebat, insuper & spolia eius distribuit; spolia autem eius intellige miserias animas, quas sub captiuitate detinebat, quasque Christus Iesus illi eripuit, & ascendēs in altū captiuā secum duxit captiuitatem, vt ad Patris dexterā, cōgruo faceret tēpore cōsedere.

Cæterū vt ea, quæ dicta sunt de principe huius mūdi, fortisq; armato cōmodius intelligātur, notandum est ante Christi passionem, & mortem, habuisse diabolum mūdi principatum, hoc est hominum, quatenus primos parentes ad peccādum pertrahens, tum eos, tum eorū descēdētes iure reiuvit captiuos usq; ad Christi mortem, per quā ipsa captiuitas liberata est, & in cōclum introducta. Modo autē solum diabolus dicitur princeps eorum, qui se vltro illi subiiciunt: his enim adhuc diabolus dominatur. Iuxta hāc expositionem intelligendus est Apostolus ad Ephes. cū dæmones appellavit ph. 6: principes, & potestates, mūdiq; rectores. Non est, inquit, nobis collectatio aduersus carnē, & sanguinē, scđ aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores te-

Annotationes in Euangelium

Aug. ebrarū harū. In quem locum sic Aug. ait. Ne foricū dixisset, mundi, intelligeres dæmones esse rectores cœli, & terre; mundi dixit tenebrarum harum; mundi dixit amatorum mundi; mundi dixit impiorum, & iniquorum; mundi dixit, dē quo in Euangelio ait, & mundus eum non cognouit, &c. Ait ergo Paulus non est nobis collutatio, &c. Quasi diceret, ne putetis, fratres, vobis solum esse decertandum aduersus carnem, & sanguinem: quia quanvis ille fortis armatus, qui mundi atrium in pace custodiebat, sit in infernum detrusus, vinculisque eternis ibidē alligatus, sublata omni inde ad nos exeundi potestate, ita ut non possit modo per se ipsum fidelibus obfistere, & currsum euangelicæ prædicationis, gemitumque conuersionem impedire, non tamen desunt alij in mundo dæmones, qui hoc prestatre maximè current; non tantam tamen vi, & potentia, quam tam Lucifer ipse, si adesset, adhibere potuisset. Scitote ergo aduersus huiusmodi principes mundi vobis esse continuò de-

16. certandum.

Hoc ipsum voluit nobis significare Saluator cum sic in E-

uangelio scribitur dixisse. Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inueniens ait, reuertar in domum meam unde exiui, & sumit septem spiritus nequiores se, &c. Id, quod nō alia ratione dixisse videtur, quam vt ne aliquis putaret, posse se iam arma deponere postquam mundi princeps devictus dicitur Christi morte, & passione; atq; adeo ligatus, infernique claustris detentus. Vnde ne forte quis vellet tranquillam ducere vitam, quam Deus posuit militiam hominis super terram, in memoriam reducere oportet, quod diabolus cum exierit ab homine diuina virtute, non requiescit quousque reuertatur in domum unde exiuit, assumptis secum septem, hoc est multis alijs nequioribus se, ut fiant nouissima hominis illius peiora prioribus. Ambulans, inquit, per loca inaquosa, requiem non inueniens ait reuertar. Vigilate ergo, fratres, quia diabolus expulsus reuferum se promittit, ut in anima iterum requiescat: quemadmodum enim Deus cum filijs hominū esse, delicias suas esse testatur: ita diabolus in eisdem habitans

bitans quodāmodo dicitur requiescere; non quia vel ibi, vel alicubi possit requiescere, quippe qui æterni supplicij pœnas vbiique cogitur sustinere, sed sicut afflictis, & miseris solatum esse dicitur socios habere penates: sic diabolus in animabus impiorum requiem dicitur inuenire, quia gaudet in multos sua fata mitti, seque non solum patuisse pœnæ.

Orat.
Solet autem ostium aperire
diabolo reuertenti latrunculus
quidam domesticus, sed occul-
tus, nempe inimica caro, cuius
opere diabolus totum fere mū-
dum aido ore nititur degluti-
re, sicut de ipso testatus est Iob.
lob.c.
50. cap. 40. Absorbebit, inquit, flu-
nium, & non mirabitur; & spem

habet, quod Iordanis influat in os eius. In quem locum Gregorius magnus in lib. Moral. per flu-
vium gentiles, per Iordanem verò Christi fideles interpreta-
tur. Carnem vero ipsius homi-
nis simul cum diabolo in inte-
ritum animæ conspirare, iustissima
fuit pena ipsiusmet animæ,
ut ait Augustinus in Psal. 143. Aug.
quia noluit Deo in omnibus o-
bedire. *Hoc enim, inquit ille, ex-
pedit, inferius subjici superiori. Ag-
nosce ordinē: quare pacem. tu Deo.
tibi caro. quid instius? quid pul-
chrius? tu maior; minor tibi. Serui
tu ei, qui fecit te; ut tibi seruat,
quod factum est propter te. Si autē
contemnis seruire Deo, nunquam
efficies ut tibi caro. Qui non obtē-
peras Deo, torqueris à seruo.*

ANNOTATIONES
IN EVANGELIVM,
Pro Feria quarta post Dominicam tertiam
in Quadragesima.

Accederunt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ, &
pharisei dicentes. Quare discipuli tui trāsgre-
diuntur traditiones seniorū? c. Mat. 15.

Cæcos

Annotationes in Euangelium



I.

Emil
senus.

Ansb.

A eos fuisse scribas, & phariseos Dei precep ta ex avaritia contem nentes, & nihilominus Christi discipulos de seniorum transgressione traditionum ac cusantes, docuit idem Christus Dominus dicens. *Sinite eos: cæci sunt, & duces cæcorum.* Hæc ve rò cæcitas, ut ait Eusebius Emis senus, non corporis, sed cordis est: cæcus enim est, qui errorem sequitur, & veritatem non intel ligit, quoniam lumen mētis, intellectus est: in foueam autem cadunt, qui in infernum descē dunt. Ut autē vnuſquisque pos sit agnoscere vtrum in eādem pharisaica cæcitate aliquo modo sit, præcepta diuina oportet tanquam putissima quædā specilla præ oculis habere: est enim præceptum Domini lucidū illumi nans oculos. Psal. 118. Vnde Ambrosius Ansbertus sic alloquitur Christi fidelem. *Adhibe diuina præcepta ad mentem cæcam, quatenus virtutum nuditatem, quam patris videas, nisi enim quoddam essent colyrium dieina manda ta, non diceret Regius Vates, Præceptum Domini lucidum illu minans oculos.* Cum igitur super na aspiratione, quilibet per si

gulas scripturarū paginas, quid Dominus iusserit, legendo, vel audiendo ad mentem reuocat, videt nimirū, vel quātum ex virtutibus habeat, vel si nihil ha beat. Concinit illud Deuteronom. c. 6. ubi Deus loquitur de præceptis, quæ populus ille obserua re debebat. *Ligabis ea,* inquit, ^{Dēut.} *quasi signum in manu tua, eruntq;* *& mouebantur ante oculos tuos.* Vbi nonnulli ex hebreo ita ver terunt. *Erunt quasi specilla ante oculos tuos.* Rectè autem specilla appellantur, quia per ea clare conspicimus quantum Deo debeamus, & quantus sit noster in virtute progressus. Quo vi detur allusio Propheta cum di xit. *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Psal. 118. Neque vero solum idē ^{psalm} Propheta mandata Dei tanquā ^{111.} clarissima specilla præ oculis ha bere studebat, sed ijsdem quoq; pro luce vtebatur, ne in via mā datorum currenda, pedibus of fendere posset, iuxta id, quod in eodem Psal. testatur dicens. *Lu cernat pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Vnde ne in die forte offenderet, ne vne quam à mandatis Dei declinaret, lucem dīei in meditatione ^{2.} man-

^{Amb} mādatorū Dei prēuenire cer-
tabat , sicut ipse met in eodem
Psal. fatetur cum ait. Prēuenērūt
oculi mei ad te diluculo , ut medi-
tarer eloquia tua. Id, quod Diuus
Ambroſius illustrat ſequētibos
verbis. Prēueni, inquit, orientem
Solem: graue enim eſt ſi te otioſum
in ſtratis radius Solis orientis in-
ueniat. An neſcis quod primitias
tui cordis , ac vocis quotidie Deo
debes? quotidianatibi messis, quo-
tidianus eſt fructus. Vnde ſponſa in
Cant. Cant. c. 3. in cubiculo, inquit,
meo noctibus quæſiui, quem diligit
anima mea; ideo meruit inuenire,
quia etiam in cubiculo , & in no-
ctibus quæſiuit. Hęc Ambroſius.

Phariseis ergo calumnianti-
bus Saluatoris diſcipulos de tra-
ditionum transgressione ſenio-
rum, respondens idem Saluator
oſtendit eosdem eſſe cæcos , &
duces cæcorum; qui ppe qui nec
verbi Dei lucernam velint ma-
nibus tenere, hoc eſt eius præ-
cepta opere adimplere, nec ipsa
Dei præcepta oculos illuminā-
tia intueri. Ait ergo. Quare &
nos, &c. In quo autem eorum
cæcitas existat iam videamus.
Primò. cæci erant, quia Christi
diſcipulos de minimis iudican-
tes, ſemetipſos de maximis cri-

minibes condenabant, iuxta
id, quod ait Apoſtolus ad Rom. ^{Rom.}
2. Inexcusabilis es, inquit, o homo
omnis, qui iudicas: in quo enim iu-
dicat alterum, te ipsum condenas:
eadem enim agis, qua iudicas. Au-
di Auguſtinum de ſermone Dο Aug.
mini in monte. Primum, inquit,
cogitemus cum aliquem reprehē-
dere neceſſitas nos cogit, utrum
tale sit vitium, quod nunquam ha-
buimus, & tunc cogitemus nos etiā
habere potuisse: vel tale quid ha-
buimus aliquando, & tunc tangat
memoriā fragilitas communis, ut
illam correctionem non odium, ſed
mifericordia p̄cedat. Si autē nos
in eodem vitio ſumus, non obiurgā-
dum, ſed congeſcendū nobis eſt,
ut ad pariter conādū inuitem⁹, &c.
Nam qui voluerit alienos car-
pere, mores, labe carere debet.
Secundò. oſtenditur eadem
phariseorū cæcitas in eo, quod
in facie Solis occultari poſſe cre-
diderunt; hoc eſt ad præſentiā
Christi, qui de ſe dixerat. Ego
ſum lux mundi, quique potens
eſt in lucernis ſcrutari Ierusalē,
latere ſe poſſe putabant! Eandē
mentis cæcitatem præferebat
ſcribæ, & pharisei, cum, ut re-
fertur Ioānis 8. Adducunt ad Ie-
ſum mulierem in adulterio depre- ^{Ioān.}
beu- ^{s.}

Annotationes in Euangelium

hensam, ut nimis si ea lapidari iuberet, possent eum deridere, quasi oblitum misericordie, quā semper prædicabat: si verò lapidandam non esse affirmaret, quasit transgressorē legis eum accusarent: ait enim Euangeli-
sta, *hoc autem dicebant tentantes, ut possent eum accusare.* Verum Dominus noster ita iudicium ostendit, ut misericordiam exhiberet: ait enim, *qui sine peccato est primus in eam mittat lapidem.*

Beda. *Vnde Beda sic ait. Nemo condē-*
nare ausus est peccatricem, quia in
se cernere singuli cōperant, quod
magis damnandum cognoscerent.

Verum non est prætereundū hoc loco, quęnam potuerit esse causa ob quam Dominus Iesus, cum pharisei adducunt mulierem deprehensam in adulterio, noluit eos palam arguere, sed solum tacite eos tangit; cū verò ijdē pharisei discipulos de manuum lotione arguunt, acrius à Christo reprehenduntur: vocavit enim eos hypocritas, cęcos, ducesque cęcorum? Duplex ratio huius facti potest assignari. Prima est. ideo acrius reprehēdit eos, qui discipulos de transgressione traditionum suarum arguerant, quia Exodi. 22. pro-

miserat se evaginato gladio cau-
sam viduę, & pupilli defensurū. Exod
Viduę, inquit, & pupillo non no-
cebis. Si læseritis eos; vociferabun-
tur ad me, & ego audiam clamorē
eorum, & indignabitur furor meus
percutiamque vos gladio: & erunt
uxores vestræ viduę, & filii ve-
stri pupilli, &c. Apostoli autem
pupilli erant, quippe qui, & pa-
trem, & matrem Christi amo-
re reliquerant, à quo ut pupilla
oculorum diligebantur; vnde
vel leuissimum eorum tactum
sibi acerbissimum esse demon-
strabat, iuxta illud Zacharię. 2.,
Zach.
Qui tetigerit vos, tanget pupillam
oculi mei. Vbi notandum est in
hebræis, græcis, caldaicis, com-
plutēibus, regijsque codicibus
sic haberi, *tangit pupillam oculi*
sui. Quasi diceret, qui vobis no-
cet, sibi potius nocet, & prius
sibi, quam vobis nocet: grauitate
enim punietur. Ita Cyrillus A-
lexand. quę tamen locum iuxta cyrili
hanc lectionem Diuus Hiero-
nymus sic intelligit. *Tangit pu-*
pillam oculi sui, id est eius, nem-
pe Dei, ut nimis Propheta
ipse loquatur, quasi dicens, ma-
xime Deum offendit. Christus
igitur quasi maximè offensus
in suis, phariseos calumniantes
accer-

accertimè reprehendit cum ait,
Quare & vos? &c.

Adde ex Hieronymo, Apostolos Matth. 5. dictos fuisse à Christo lucem mundi. *Vos estis*, inquit, *lux mundi*. exponit ergo Hieronymus locum Zachariæ in hunc modum. *Qui sanctos Domini tetigerit, sic est quasi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare, de qua loquitur Matth. 5. cum ait Vos estis lux mundi.*

At verò cum pharisæi Ioan. 8. adducunt mulierem in adulterio deprehensam, mitius eis respondet, quia licet hoc facerent tentantes eum, solum ipsius Christi res agebatur, qui alijs affectus iniurijs, ad fidelium exemplum, mansuetè semper, & benignè respondebat.

Secundò. inuehitur Dominus Iesus in scribas, & pharisæos cū arguunt Apostolos de non lotis manibus, quia cum trabem ipso in suis oculis haberent, contēnentes scilicet dominica præcepta, festucam de oculis Apostolorum ejcere tentabant; cōtra quos ipsem Christus Dominus Matth. 7. se opponens, *Hypocrita, inquit, ejce primum trabem de oculo tuo, & tunc vide-*

*bis ejcere festucam de oculo fratris tui, &c. Cogita modo dementiam illius, qui cum haberet in oculo trabem, offerret se ad tollendam de oculo alterius festucam, & tunc apparebit cæcitas pharisæorum dicentium, quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum; non enim lauant manus suas cum panem manducant, cum ipsimet pharisæi nō hominum traditiones, sed Dei præcepta transgrederetur. Vnde Euthymius sic ait. Non dixit Christus benefaciunt transgredie-
do, ne Iudeis contentionis occasio-
nem præberet: nec dixit malefaciūt, ne traditionem confirmaret: nec eos calumniantur, qui illam tradi-
derant, ne tanquam contumelio-
sum illum aduersarentur: sed sta-
tim è diuerso de maiori peccato ac-
cusat, ostendens non oportere eos,
qui Dei præceptum transgrediun-
tur, accusare illos, qui hominum
traditionem prætereuerint.*

Solet diuina iustitia extremo supplicio punire eos, qui in alijs ægerrimè ferunt peccata, qui-
bus ipso fuerunt aliquando cō-
taminati. Vnde Numer. cap. 25. refert diuina scriptura, quod cū Deus esset maximè iratus con-
tra filios Israel, eo, quod forni-
cati

Euth.

6.

Num.
15.

Annotationes in Euangelium

cati essent cum filiabus Moab
Madianitis, placatus est occiso
zambri de cognatione & tribu
Simeon, hunc enim occidit Phy-
nees simul cum scorto Madia-
nitide, *Surgens de medio multitu-
dinis arrepto pugione, perfoditque
ambos in locis genitalibus,* vt ha-
betur Num. 25. Si vero quæras
quare Dominus istorum morte
sit placatus, respondendum vi-
detur iuxta aliquorum senten-
tiam, quod Zambri cum esset
de tribu Simeonis, qui deleu-
rat sichē, & habitatores eius, eo
quod Dina soror eius violare-
tur ibi à principe sichem, nihilo
minus tamen implicaretur eo-
dem crimine, quod detestari de-
beret, cum esset de genere, &
tribu Simeonis. Quare & Deus,
qui contrapopulum iratus erat
propter huiusmodi scortū, pla-
catus est quia Zambri extremo
suppicio punitur.

Gen.
34:

Hanc etiam ob causam cum
Moyses cum uxore sua, & duo-
bus filijs iter ficeret in Aegyp-
tum, essetq; in diuersorio, Oc-
currit ei Dominus, & volebat oc-
cidere eum, nisi Sephora uxor illius
tulisset petram, & circumcidisset
præputium filij sui, tetigissetq; pe-
des eius dicens. *sponsus sanguinum*

mihi es tu. & dimisit eum postquā
dixerat. sponsus sanguinum mibi es
tu. Huius facti causa diuersa à di-
uersis solet assignari. Alij dic ut
Deum voluisse occidere Moy-
sem, eo, quod cum esset legisla-
tor, non obseruauerit legem in
filiorum circuncisione, alij verò
existimat Deū ægre tulisse Moy-
sem, qui ab eo mittebatur vt fi-
lios Israel educeret de Aegyp-
to, uxorem, & filios illuc deter-
re. Alij deniq; dicunt Deū vo-
luisse Moysē occidere, eo quod
timeret præsentari coram Pha-
raone, ne forte occideretur cū
ei diceret. *Dimitte populum, vt sa-
crificet in deserto :* quasi diceret
Deus ipsi Moysi; elige vtrū tibi
expediat occidi gladio isto, an
gladio Pharaonis. Vide quem
potius debeas timere? qui mox
docturus es filios Israel ne ti-
meant Pharaonem, ne quaquā
ipsum formidare deberes: quo-
modò enim aliquis de populo
regi Pharaoni obedientiam ne-
gabit, si videat te populi ducē,
missumque à Deo, ante Pharao-
nem timore perterritum? gra-
tias igitur dabis Scphoræ, quæ
te de manu Angeli mortem mi-
nitantis, liberavit.

Ex supra positis exemplis iam
col-

collige quāto sint obnoxij supplicio ij, quibus ex officio incūbit aliorum vitia extirpare, si, quod absit, eidem vitijs inuoluantur. Ut quid enim Christus Dominus coram omnibūs arguit pharisæos, non solum, ut mandatorum trāsgressores, sed hypocrytas etiam appellauit, in super, & cēcos, ducesq; cæcorū, 7. ideoq; tanquam reprobos ejciendos esse ostēdit dicens, *Sinite eos: id quod extremum suppli- cium censendum est, nisi vt his increpationibus, cæteri omnes admoniti, de cætero studeant sibi cauere, ne forte, qui in alias animaduertere tenentur, eorū- dem ipsi quoq; criminibus reperiantur implicati.*

Hypocrite bene prophetauit de vobis Isaias di- cens populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me. Et c.

A Peruit Saluator noster pharisaorum insidias, ne populus eorum verbis, & doctrina deciperetur. Ideoq; hypocritas appellauit, vt ostenderet eos nō illud esse, quod sonabāt. Bene, inquit, prophetauit de vobis

 Hier. suscipe. Sunt enim, ut ibi ait D.
 Hieronymus, omnes filij parē-
 tum viscera. Hinc est, quod il-
 lud Eupiridis dictum maximè
 commendatur. *Omnibus*, inquit,
 pides. profectò hominibus filij sunt ani-
 ma. Aristoteles etiam libro 8.
 Ethicorum capite 12. Aequē,
 ait, *parentibus vita liberorum cara*
 est, atque sua. Paulus etiam iu-
 reconsultus dixit nihil interef-
 se, an aliquis in se malum veri-
 tatis sit, an in suis filijs, cum pa-
 rentes magis in liberis terrean-
 tur. Quare iudices in filijs tor-
 quere solent parentes, ut ci-
 tiū ab illis extorqueant crimi-
 nis confessionem, cum dubij
 sunt uter illorum crimen ad-
 miserit. Vnde descendibūs
 è vita parentibus, filij supersti-
 tes maximo sunt solatio: non
 enim omnino mori se existi-
 mant, qui viuentes relinquant
 filios. & Ecclesiastici capite 30.
 dicitur, *Mortuus pater eius, &*
 Eccl.
80. *quasi non est mortuus: similem e-*
nim reliquit sibi post se. Quare

plerique parentes cuperent al-
 terna sua morte filiorum vitam
 redimere, quemadmodum Da-
 uidem lugentem dixisse legi-
 mus 2. Regum 18. *Quis mihi det*
ut ego pro te moriar fili mi? Quia
 vero David adeò de filiorum
 interitu dolebat, voluit Deus
 illum punire in morte filij,
 qui natus fuerat ex adulterio
 Bersabeeth, dicente Nathan,
 quia blasphemare fecisti inimicos
 Domini, filius, qui natus est tibi
 morie morietur. secundo Regum. 12.
 cap. 12.

Quanuis autem quæ hacte-
 nus dicta sunt ita se habeant,
 cæcus tamen iste sic natus, non
 ideo cæcus natus est, quia pec-
 cauerit, aut parentes eius quē-
 admodum Apostoli putauerāt,
 sed ut manifestaretur gloria Dei
 per illum, sicut Christus Domi-
 nus Apostolis respondit, *neque*
hic, neque parentes eius peccauerūt,
ut cæcus nasceretur, sed ut mani-
festarentur in illo opera Dei.

Pro huius vero loci copiosa
 expositione notandum est primò,
 in ea prouidentiæ ratione; quā
 Deus erga iustos exercet, eosdē
 aliqua affligens tribulatione, mi-
 rabilem se Deum, mirabilisque
 nominis, & gloriæ maiestatem

Annotationes in Euangelium

ostendere: eo enim nomine agnoscit vult, & prædicari, non tā quod filios delicate nutrit, quā quod illos seueriore disciplina contineat; & quod seruos habeat fideles, & constantes in laboribus, & ærumnis; & hunc sibi honorem, hanc sibi gloriam à suis seruis deferri exigit. Audi super hac re Apostolum Petru in prima epistola cap. 4. *Si exprobamini in nomine eius, beati.*

A. Pet. Huius verò beatitudinis rationem reddens, subiungit, quoniam, quod est honoris, & glorie, & virtutis Dei, & qui est spiritus eius, super vos requirit. Videtur enim spiritus eius, qui igneus est, se ueriorisque disciplinæ, velut illa Noe coluba querere, in quo possit pedem siegere, & cum vix inueniatur, qui labores, & ærumnas à Deo oblatas admittere velit, non habet ubi requiescat pes illius: si quis verò letus, & gratus exprobatur in nomine eius, super illum, Dei gloriosum nomen, virtus, & spiritus AdG_a requiescunt, isque Dei nomen lat. 6. celebrat. Sic etiā Paulus ad Gal. cap. 6. *Stigmata, inquit, Domini mei in corpore meo porto.* Hoc est nota serui iustus sum, igne tribulationum insignitus: Dei spic-

ritu succensus. Hæc verò stigmata, quæ alia sunt, quam verbera, persecutions, & ærumnæ terra, marique? hæc igitur stigmata porto, ostēto, & omnibus conspicua, visendaque præbeo, quo ex meis ærumnis Dominū meum, & Iesu nomen celebrē, & prædicem. clariū ad Philip.

I. *Magnificabitur, inquit, Dominus in corpore meo;* id est, magnus habebitur, & prædicabitur, siue per vitam, cum me eripuerit ex multis vite discriminibus; siue per mortem, videlicet cum mea mors illius nomine suscepta, testificetur dignissimum esse Christum Dominū, pro quo mori parati simus.

Secundò notandum est ingētes nos gratias debere Deo, cū tribulatione afficimur, cum sit ingens beneficium; id, quod insinuavit Paulus ad Philipp. I. cum donum Dei vocat non solum credere, sed etiam eius amore pati, videturque utrumque beneficium coniugere, vocationis, & patientiæ, acceptumque ærumnarum: quod utrumque simul initio nascentis Ecclesiæ cōferretur à Do. Hoc autem in gloriā Dei cedit: est enim maximè gloriosū, beneficū ali-

alicui conferre , habere que ser-
uos, qui etiam ærumnis attriti,
gratias illi agere non obliuiscā-
tur , sicut Iob fecisse legimus cū
dixit, *sicut Domino placuit, ita fa-*
cetum est; sit nomen Domini bene-
dictum.

Neque verò solum hoc est
Deo gloriosū, sed & nobis vti-
le, aliquādo flagellari, quatenus
hac via nos Deus veluti fugiē-
tes apprehendit, & ad se venire
compellit iuxla id, quod dicitur
Oseæ cap. 6. *In tribulatione sua*
mane consurgent ad me: venite, &
reuertamur ad Dominum, quia ip-
se cepit, & sanabit nos; percutiet,
& curabit. Vbi obseruandū est
verbum capiendi, ad prædā per-
tinere , & ad rapiendum more
leonis , vel lupi. eritque sensus;
instar leonis , aut lupi, visus est
Deus velle nos capere , & dis-
cerpere ; atque vt nos caperet,
prædamque faceret , velut vn-
gue, aut dente infixo nos vulne-
rare. Verum non ille deuorare
vult, sed in suam potestatem re-
digere; non discerpere, non per-
dere: non enim lupus , sed pa-
stor est. Cepit ergo prædam vt
lupus , sed statim vt pastor fo-
uebit, & sanabit. Itaque *percu-*
iet, & curabit, sicut ipse promi-

fit Deuteronom. 32. *Percutiam, &*
ego sanabo. Quemadmodum ci-
tat D. Augustinus super Psalm. 32.
Aug.
50. *Illa, inquit, est vox Domini*
percutiam, & sanabo. percutit pu-
tredinem facinoris, sanat dolorem
vulneris. faciunt hoc medici, secant,
percutiunt, & sanant. armant se ve-
feriant: ferrum gestant, & curaro
veniunt. Hanc verò curandi ra-
tionem etiam Eliphaz amicum
Iob , agnouisse videmus : sic e-
nim in capite 5. eum dixisse re-
fertur. *Beatus homo, qui corripitur* 5:
à Deo. *increpationem ergo Domini*
ne reprobes: quia ipse vulnerat,
& medetur: percutit, & manus
eius sanabunt. Vnde iam vides
huiusmodi correptionem diui-
nam, omnino esse à nobis am-
pletestandam, tāquam saluti ne-
cessariam, datamque à Deo, atq;
eidem non mediocriter glo-
riosam.

Quod verò attinet ad vtili-
tatem, imò fælicitatem, quę ho-
mini à Deo percusso speranda
est, ea educitur ex verbo, bea-
tus , cum scilicet ille, qui à Deo
corripitur, ab Eliphas beatus ap-
pellatur: *Caietanus enim, & alij,*
non, beatus, sed, beatitudines, le-
gunt; iuxta quam lectionem au-
getur significatio, & cumulum 8:
re-

Annotationes in Euangelium

rerum multarum, quibus homo efficitur beatus, significabit; Alij respiciunt ad duplice beatitudinem, temporariam, & æternam. Erit igitur sensus, beatitudes homini, qui à Deo cor ripitur; hoc est non semel felix, sed semel, & iterū, terque, quaterque beatus: modis omnibus fælix: beatitudes ego illi, non vnam tantum, sed omnia fælicitatis genera denuntio.

Notanda est etiam elegantissimā tum oppositio, tum coniunctio beati cum homine. *beatus*, inquit, *homo*: loco enim huius vocis, *homo*, legitur, *Enos*; quo vocabulo significatur homo miserrimus, deploratæ conditionis, ægerrimus, vitæ, salutisque desperatæ. erit que sensus, *Beatus homo*, hoc est, fælix miser ille; diues & bonis omnibus cumulatus pauper ille; beatus modis omnibus, qui nunc dolet, & cruciatur iubente Domino; quam præclare cum misero, & ærumnoso agitur; dicite misero quoniam bene.

Non est autem insolitum in diuinis literis beatitudinē hanc, & gloriationem, qua patiuntur afflicti in tribulationibus suis, ad spem referri, quā coacipiūt,

qui tribulantur: hoc enim docet Paulus ad Rom. 12. cum sic habet. *spe gaudentes: in tribulatione patientes.* & cap. 5. gloriāmur, inquit, in spe gloria filiorum Dei, non solum autem, sed & gloriāmur in tribulationibus. quasi dicat. non solum speramus forent simus aliquando beati, sed ita spem cum tribulationibus coniunctam habemus, vt qui gloriamur in spe, glorietur etiam in tribulationibus. Rursus spē, & tribulationem ita cū gloria, quam speramus coniungimus, vt gloriosi iam nobis ipsi videamur in ipsis tribulationibus constituti, in fletu, & lamētis, & prelio cum tribulationibus exultare, & triumphare. Quare non solum est spes gloria, sed & gloria spei, sicut Paulus loquitur ad Hebræos c. 3. & utrumque siue Hb spem gloria, siue gloriam spei, videntur efficere in nobis tribulationes patienter toleratae.

Quare Apostolus 2. ad Cor. 4. postquam de tribulationibus differuisse, ita concludit. Ergo mors in nobis aliquid operatur. Mors, hoc est, iuxta expositionē Anselmi, mortificatio, & assidua malorū patientia. In nobis, qui mortificationē in corpore cir-

circunferimus. aliquid operatur; hoc est, non est otiosa, neq; inutilis; sed operosa, efficax, fæcunda, aliquid ex se profert. Neque etiam è cōtrario prosperitas, vitæq; iucunditas in voluptuarijs hominibus otiosa est; aliquid enim aliud præter voluptatē ex se gignit. Quid ergo ò Paule operatur tribulatio in corde hominis afflitti? quid in corde Tobiae operata est cæcitas, qua necessitate fuit ut à Domino probaretur? quid in corde Iob totius rei familiaris amissio operata est? quid sterquilinium, in quo iacebat, quid testa, qua saniem radebat; vide quid dicat. *eternū gloriæ pondus operatur in nobis.* quasi dicat. *nunc*, hoc ipso tempore, quo patimur, gignitur, & augetur ingens quidam gloriæ cumulus; tanta est spei efficacitas, tanta cogitationis intentæ, & contemplationis assidue vis, & robur: propterea enim subditur, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Atque hæ videntur illæ esse beatitudines gaudium, exultatio, regni sublimitas, quæ Christus Dominus in paupertate, esurie, siti, lacrymis, & persecutionibus constituit, Matthæi

capite 8. ut verum sit omnino Mart. quod D. Paulus vbi supra dixit, *Mors in nobis aliquid operatur.* De qua operatione intellige id, quod ait Dominus noster, de cæcitate huius hominis; quæ quidem cæcitas in causa fuit, ut manifestarentur opera Dei in homine isto cæco à nativitate, qui cum videret se à Christo exteriorius fuisse illuminatum, credens quod ipse esset verus filius Dei, interiorius quoque Deo donante credendo illuminatus est.

Tertiò. notandum est, cum Dominus noster ait hominem istum natū fuisse cæcum, ut manifestarentur in illo opera Dei, de fide intelligendum esse, sicut etiam cum inferius ait, *oportet me operari opera eius, qui misit me,* de fide intelligit, quæ tum ex miraculorum operatione, tum ex alijs operibus & Christi doctrina, fidelium mentibus erat infundenda. Vnde & ipsi credentes, & saluandi Isaïæ capite 62. opus Dei appellantur. *Dicite, inquit, filiae Sion ecce Saluator tuus venit; ecce merces eius cum eo, & opus eius corā illo.* Vbi merces iustorum, ipse Saluator dicitur; & opus suum appellat

Annotationes in Euangelium

quos redemerit, & iustificaue-
rit, & coronauerit, qui coram
Domino erunt semper in cœlo,
erantque quandiu in terris viſus
est, & cum hominibus conuersatus
est, vt non perderet quemquā
ex eis. sic interpretatur Cyrill⁹.

Quantū verò Christus Do-
minus noster in hoc sudauerit
opere perficiendo, expendens
beatus Bernardus sermone 20.

Bern. in Cant. conferensque illud cū
opere creationis, *Hoc, inquit, est*
quod nostram deuotionem, & bla-
dius allicit, & iustius, exigit, &
arctius stringit, & afficit vehemē-
tius: multum quippe laborauit in
eo saluator; nec in omni mundi fa-
brica tantum fatigationis, auctor
assumpsit. Illa denique, dixit, & fa-
cta sunt; at verò hoc ut faceret, &
in dictis suis sustinuit contradic-
tiores, & in factis obseruatores,
& in tormentis illusores, & in
morte exprobatores.

**Cypr.
anus.** Præter quam quod autē sal-
uandi omnes, iuxta prædictam
Isaiæ auctoritatem, Cyprianiq;
expositionem, opus Dei esse di-
cantur, & sint addiderim, id,
quod arctiori nos deberet a-
more constringere, omnes etiā
in vniuersum sideles saluandos,
existimandos esse ipsius Christi

Saluatoris nostri, & passionis
ipsius mercedem copiosam: sic
enim D. Cyprianus intelligit
prædicta Isaiæ verba, vt Chri-
stus Dominus noster pro mer-
cede copiosa suorum laborum
accipiat fidelium conuersionē,
& salutē; id, quod iam ex ipsius
Cypriani verbis ad caput 40.
nobis erit expendendum, cum
sic habet. *Quod autem hoc dispe-*
sationis mysterium non esset infru-
ctuosum ei, qui propter nos, noster
factus est, & crucem sustinuit,
suamq; mortem ostendit: dicit enim
Isaias, ecce merces cum eo, & opus
coram illo; & mercedem nominat
fructum ex eo, quod secundū car-
nem mortuus sit; dixit enim amen
dico vobis, nisi granum frumenti
cadens in terra mortuum fuerit ip-
sum solum manet, si autem moria-
tur plus fructus fert; & rursus. si
exaltatus fuero à terra, omnia tra-
ham ad me; id, quod etiam præsci-
uit diuinus David spiritu cum di-
xit ad eum; omnes gentes, quas fe- PL. 11
cisti venient, & adorabunt in cō-
spectu tuo Domine. Itaque non ir-
remunerata, nec infructuosa est
hæc dispensatio. Hæc Diuus Cy-
prianus.

In huius verò tanti beneficij
recordationem, beatus Augu-
stinus



stinus lib. de diligendo Deo ca.

6. sic habet. Primum cogita à anima, quod aliquando non fueris, & ut esse inciperes, hoc Dei dono accepteris: donum ergo eius erat ut fieres. sed numquid ei aliquid dederas priusquam fieres? nihil certè dedisse poteras priusquam fieres. magno debito obligata es anima, & pro omnibus his nihil habes, quod retribuas, nisi tantum ut diligas: nā quod per dilectionem datum est,

12. non melius quam per dilectionem rependi potest. Magnum quidē est de Deo, quod esse me sentio opus eius, sed multo plus est, quod transisse ipsum video in pretium meū: quoniam tam copioso munere ipsa redemptio agitur, ut homo Deum salvare videatur. &c. Ex quibus verbis constat verum esse id, quod deuotus quidam deuotè admodum dixit. Magis anima tua, inquit, ad Christum pertinet, quam ad te, dicente Apostolo, 1. Cor. 6. Non estis vestri.

empti enim estis pretio magno. & iure hoc quidem cum nos Christus Iesus suo redemerit sanguine in Cruce. Vnde D. Bernardus in eandem sententiā sic habet. Illum ratio urget, & iustitia naturalis totū se tradere illi à quo se totum habet, &c.

Aug.

i. Cor.

Bern.

Verum, ut ad cæcum natum, eiusdemque cæcitatis rationem, quam Apostolis Christus reddidit, reuertamur, ecce iam vivimus sanctorū, & divinæ scripturæ testimonij illuminati, quoniam modo intelligi debeat, eū fuisse cæcum natum non quia vel ipse, vel parentes eius peccauerint, sed solum ut in illo manifestetur opera Dei, hoc est fides, non solum in quantū diuina virtute visum recepit, sed quatenus etiam interius illuminatus credidit, & coram omnibus confessus est Christum esse Dei filium in mundum à Patre missum, ut cæcitatem humani generis, cuius ille figuram agebat, & doctrina illuminaret, & pretioso sanguinis sui balsamo crededorū salutem operaretur.

Quod verò in prædicto sensu Christi verba intelligenda sint, colligitur manifestè ex alijs eiusdem Christi verbis Ioannis capite 6. vbi querentibus turbis, quid faciemus, ut opera Dei opere- Ioā. 4. mur? respōdit Iesus. Hoc est opus Dei ut credatis in eum, quem misit ille. Ioānis etiam cap. 4. cum idē Dominus Iesus sederet sic supra fontem Samaritanæ salutem sitiens, rogantibus discipulis, ut man-

Annotationes in Euangeliū

I^{oā.} 4 manducaret, respondit. Meus cibus est ut faciam voluntatē eius, qui misit me, ut perficiam opus eius. Denique non acquieuit quousque mulier credens vocavit multos ex ciuitate, qui venientes ad Iesum etiam crediderunt, & mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquellam credimus: ipse enim audiimus, & scimus, quia hic est Verè Saluator mundi. Ergo hæc erat voluntas Dei, & cibus Christi, nimirum ut mulier illa & ex Samaritanis multi crederent, & hoc opus Dei Patris, qui filium miserat ad illud perficiendum. Potest & hoc ipsum confirmari ex ijs, quæ sequuntur scilicet, Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: Venit nox quando nemo potest operari. Sic enim Chrysostomus exponit; donec dies est, hoc est, donec licet credere in me: donec vita hæc consistit, oportet me operari. Venit nox, id est ultra neque fides est, neque labores, neque poenitentia. Theophilastus etiā hīc, operari, interpretatur crede-re: opus enim, inquit, fidē nominat.

Theo phil. Intelligamus igitur, fratres, quæ dicta sunt: videamus quid

Dominus dixerit: quidquid enim dixit, & fecit, gratia nostri fecit. Me oportet, inquit, operari¹⁴ opera Patris donec dies est. Ecce Christus Dominus noster, & Pater eius benedictus; imō & tota indiuidua, ac beatissima Trinitas fidem, salutemque nostram opus suum dicit, ac si nihil aliud operis haberet faciendum, præter salutem animarum in se credentium. O amor, o pietas nostris bene prouida rebus: O amor, o pietas nostris malè cognita seclis. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur in auxilio oportuno, hoc est in tempore, quale est illud tempus, de quo Isaías cap. 4. Tempore, inquit, accepto ex II. 4 audiuite, & in die salutis adiuuite. & Paulus 2. Corint. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nimirum donec dies est: Veniet enim nox quando nemo poterit operari. Operemur ergo dum dies est. Ecce qui operatus est in nobis fidem Dominus Iesus, operabitur etiam & velle, & perficere ea, quibus vitam æternam consequamur. (?.)

ANNO:

ANNOTATIONES
IN EVANGELIVM,
Pro Dominica quinta.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioan. 8.



Ominus, ac redēptor noster I E S V S Christus, cum discipulos suos ad prēdicādum mitieret, eisdem præcepit ut primum Euangeliū proponerent; tunc subiungit. *Quicumque non receperit vos, nec audierit sermones vestros, exeūtes foras de domo, vel de ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris, &c.* Hoc autem fieri iussit quasi in testimonium quod prædicatum fuerit Euangeliū ciuitatibus, & populis illis, qui tamen illud recipere noluerunt. Vbi D. Hieronym⁹, *Puluis, inquit, excutitur de pedibus in testimoniu laboris sui, quod ingressi sunt ciuitatem, & prædictio apostolica ad illos usque pernenerit, &c.* Huius facti rationē videtur tetigisse D. Paul⁹, ut refertur Actorum cap. 18. Cum enim prædicaret Corinthis, cōtradicentibus illis, & blasphem-

mantibus, excutiens Paulus vestimenta sua dixit. *Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego ex hoc ad agentes adam.* Idem fecisse legimus Act. 20. cum Ephesi prædicaret. quemadmodum etiā & Samuel. 1. Reg. 12. Act.
20.

Eodem modo se habuit Dominus Iesus, sicut ex præsenti Euangelio Ioan. 8. didicimus, coram principibus sacerdotū, & turbis Iudeorū, quibus iam fidei veritatem sæpiissimè prædicauerat; & ne aliquam haberent excusationem, seipsum & vita, & moribus ostendit innocentem dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatē dico, quare non creditis?* dicebant sæpius pharisei, prædicante Iesu; *tu testimonium perhibes de te, testimonium tuum non est verum;* ostendit ergo modo suam innocentiam, quia ex hoc refutatur eorum argumentum, cum Messias innocens, & sine peccato.

Marc.
6.

Hier.

Act.
18.

Annotationes in Euangelium

16.

I. 53. cato esse deberet ; innuitq; hoc Isaias propheta , cū modo ouē , modo agnum Messiam appellauit . cap. 53 . *Tanquam ovis ad occisionem ducetur , & non aperiet os suum . & iterū , tanquam agnus coram tondente se obmutescet .*

Theo dor. Notandum est hoc loco ex Theodoro , nō sine mysterio Isaiam dixisse ouēm istam ad occisionem ducēdām , agnum vero ad tonsionem : cum enim in Christo duæ sint naturæ , humana scilicet , & diuina , illa per ouem , propter eius fragilitatem significatur , hæc verò per agnū propter virilem fortitudinem ; rectè etiam cum Christum cōparauit cum oue , ad occisionē ducendum dicit , quia secūdum naturam humanam passus est ; cum vero illum agno assimilauit , solum ait esse tondendum , quia diuina natura mori nō potuit , sed solum tonderi id , quo ad Phi operiebatur , nempe humauitas Iip. 2. qua tanquam habitu Apostolus inuentum , atque indutum fuisse testator Dei filium .

Cant. 5. Eadē Christi innocentia ostēditur in Canticis Cantorum cap. 5 . illis verbis ; *dilectus meus candidus , & rubicundus , electus ex millibus . Hoc autem allego-*

ricè intelligendum est de ipso met Christo Iesu , qui caruit omni labe peccati . Vnde neq; Iudæi , qui aduersus eum linceos habuere oculos , sicut & oculi omnium inimicorum esse solēt , quidquam in eo culpa dignum inuenire potuerunt . Id , quod etiam patet in Isaia c. 53 . avertissem dicente de Messia . *Qui peccatum non fecit ; nec inuentus est dolus in ore eius .* Gregorius Nicænus verba illa Cant. electus ex millibus , refert ad priuilegiū generationis Christi , quæ rarissima , noua , ac mirabilis fuit , nempe ex Virgine matre , quam decebat habere Deum , si quidem matrem habere voluit : sicut etiam Virginē , quæ esset filium genitura , non alium , quam Dei filium habere decebat , ut beatus Bernardus adnotauit . Non poterat ergo Christus nō Bernā confidenter dicere etiam corā Iudæis inuidis , & inimicis , quis ex vobis arguet me de peccato ? ut cunctis præconfusione tacentibus , consequenter diceret , si veritatem dico vobis , quare non creditis mihi ?

*Si veritatem dico vobis ,
quare non creditis ?*

Ma.

M*anifestè* apparet ex hoc
loco quam iure Propheta dixerit in persona Christi,
Odio habuerunt me gratis: cum
enim bonū ex sua natura amabile sit, & verum sit maximè in-
telligibile; Christus verò mani-
festam fecerit pharisæis bona-
tem, & innocentiam suam atq;
veritatē; ipsi nihilominus, nec
bonitatem amare, nec veritatē
intelligere aliquo modo volue-
rūt. Huius vero pharisaicæ ini-
quitatis ea ratio potest assigna-
ri, quia veritas est veluti Sol,
qui minutissimos atomos os-
tendere solet; vnde ipsi, tam ma-
ximis sceleribus iniquitati, veri-
tatis prædicationem odio ha-
bebant, ne eorum prava opera
manifestarentur. Et hæc est etiā
ratio illius proverbij; *Obsequiū
amicos, Veritas odiū parit.* Idquod
in lib. 3. Reg. 2. Manifeste cō-
probatur, cum scilicet rogatus
Rex Israel à Iosaphat virū esset
Propheta Domini, à quo posset
fiscitari, esset ne eundū ad bellū;
ait Rex. *Remansit vir unus per
quem possimus Dominū interroga-
re, sed ego odio eum quia non Pro-
phetat mihi bonū, sed malū:* erat
autem Propheta Michæas; Pro-
phetante autē eo viritatē, per-

cuslus est in maxillam, ac deni-
que. *Iussit eum rex vinclum te-
neri, & sustentari pane tribulatio-
nis, & aqua angustiæ.* Paulus quo
que ad Galat. 4. *inimicus*, inquit,
*Tobis factus sum verum dicens vo-
bis;* arguebat Apostolus eorū vi-
tia prædicatione veritatis, ideo-
que ipsum odio habuerunt. Præ
dixerat idem Amos Propheta ^{Amos}
cap. 5. cum dixit, *Odio habuerunt s.*
*corripientem in porta, & loquentē
perfectè abominationis sunt.* Dixerat
Dominus noster Iesus, qui male
agit odit lucē, ne arguantur opera
eius mala; vnde cū Christus sit
lux mundi, oderunt eum quia
ex eius verissima doctrina, ope-
rapharisaicorum pessima argue-
batur: ideo ipsi nitebātur Chri-
sti innocentiam blasphemis oc-
cultam reddere, ne coram So-
lis luce eorum peccata manifes-
tarentur.

*Qui ex Deo est, verba 17.
Dei audit: propterea
vos non auditis, quia
ex Deo non estis.*

*V*erissimam esse, ac terribi-
lem huiusmodi sententiā,
ore diuinæ veritatis prolatam,
ostendit beatus Gregorius ho-
mi-

Annotationes in Euangelium

milia 18. in Euangelia; vbi sic
ait. Si verba Dei audit, qui ex Deo
est, Gaudire verba eius non potest
quisquis ex illo non est: interroget
se unusquisque si verba Dei in au-
re cordis percipit, & intelliget unde
sit. cœlestem patriam desiderare
veritas iubet; carnis desideria con-
terere, à mundi gloria declinare,
aliena non appetere, propria largi-
ri. Penset ergo apud se unusquisque;
vestrum, si hæc vox Dei in cordis
eius aure conualuit, & quia iam
ex Deo sit, agnoscet. Vitam ergo
vestram ante mentis oculos reu-
ocate, & alta consideratione perti-
mescite hoc, quod ex ore veritatis
sonat: propterea vos non auditis,
quia ex Deo non estis, &c. De ipsis
verò hominibus, qui Dei filium
hæc dicente audire noluerūt,
& de sui similibus, locutus est
Isaias Propheta cap. 28. cum di-
xit, In loquela enim labij, & lin-
guas altera loquetur ad populum
istum, ad quem dixit, hæc est re-
quies mea, reficite lassum. hoc est
loquetur ad eos in lingua pere-
grina, quam non intelligent.
Septuaginta ita verterunt, la-
bijis blexis loquetur em lingua de-
tartamundo. Non quod Domi-
nus ita locutus sit ad illos, sed
quia ipsi eum essent audituri si.

cut si haberet verbablexa, quæ
nunquam bene percipiuntur.
Eodemque sensu dicitur apud
eundem Prophetam cap. 6. Cui,
loquar, & quem contestabor, ut
audiatur? Ecce incircuncisæ aures eo-
rum, & audire non possunt, hoc
est, obturatas aures habent, ple-
nasque mondaniis vocibus, ideo
audire non possunt.

Christo igitur Domino no-
stro interroganti, si veritatem 18,
dico vobis quare non creditis mihi,
ex dictis respondere possemus,
ideo phariseos audire eum no-
luisse, quia veritas euangelicæ
doctrinæ, quam illis prædicabat
sermo erat eisdem peregrinus,
nempe cœlestis, qui ideo à terre-
nis hominibus, mundique filijs,
percipi nequaquam poterat. De-
nique non credunt, nec audiunt
homines pessimi, huiusq; lucis
filij annuntiatam à Christo ve-
ritatem, quia veritas est. si esset
mendacium, & audirent, & in-
telligerent: mundus enim quod
suum esset agnosceret. Christus
tamen Dominus aliter, & qui-
dein audientibus terribilis res-
pondit. Propterea vos non auditis,
quia ex Deo non estis.

Audiamus ergo Iesum veri-
tatem nobis quotidie, & in sa-
cris

cris literis prædicantem, & per sanctos Apostolos, Ecclesiæque Doctores viâ salutis iogiter annuntiantem, ut possimus dicere cum Propheta, *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: nam de ijs, qui non audiunt, ait Bernardus quod filium Dei nō reputant Iesum, quem etsi verbo confiteantur, factis tamē eundem negant. Putas ne, inquit, filium Dei reputat Iesum, ille, qui nec minis eius terretur, nec promissionibus altrahitur? hic etsi verbis confiteatur se nosce Deum, factis eū negat.* Ecce arguimus Iudeos quod regem suum, & Dominū nostrum Iesum Christum in facie negauerunt, insuper & blasphemauerunt. Arguamus ergo & nos metipso, qui etiam verbo eum non negauimus, ipsi tamē iniuriam malè viuendo fecimus. Audite Augustinum tractatu 50. in Ioannem. *Qui malè viuunt, & Christiani vocantur, iniuriam Christo faciunt; de quibus dictum est, quod per eos nōmē Dei blasphematur.* Ecce vidim⁹ Christianos Dei nomen iniquis suis operibus blasphemātes: videamus modò Iudeos verbis, & factis id ipsum facientes.

Nonne benedicimus nos quia Samaritanus es tu, & demoniū habes?

19. **A**ccepta tanta contumelia, quid Dominus respondebit, audiamus. *Ego, inquit, dæmonium no habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos in honorasti me.* Quid mansuetius, quid suauius, quidvè dulcior responderet mansuetus agnus, cum uno verbo posset inimicos suos perdere, & in nihil redigere? Verum ita respondit, cui non perdere veneiat, sed saluare. Non occidere, sed sanare. Pharisæi verò tanquam frenetici in medicū insurgentes dicit. *Dæmonium habes.* Vide quid dixerit Augustinus. *Pertulit omnes infirmos eorum, curauit languidos, prædicauit regnum cœlorum, non tacuit vitia eorum, ut ipsa potius eis dispergerent, non medicus, à quo sanabantur. His omnibus curationibus ingratī, tanquam multa febri frenetici insanientes in medicū, excogitauerunt consiliū perdendi eum.*

Cæterū nihil horum, mansuetum potuit Iesum ad iracūdiam provocare, quin potius man-

Annotationes in Euangelium

mansuetissimè, sicut solebat, ait
illis. *Ego dæmonium non habeo.* Verè vates Regius in persona
ipsius dixerat. *Circundederunt me*
sicut apes. Psal. 117. in contextu
græco additur, *fauum;* vnde Au-
gustinus, *Nescientes, inquit, per-*
secutores Domini, fecerūt eum no-
bis in passione dulciorem. In cuius
figura Sanson leonem occi-
dens fauum postea in ore eius
inuenit, quem gustauit.

Notandum est autem in præ-
dicta similitudine apīū, qua uti-
tur Propheta, earum hanc esse
naturam, vt quandocūque acu-
leo infixo nos pungunt, se ipsas
interim occidat. Eodemq; mo-
do Iudæi dum iniurijs, & blas-
phemij Dominum Iesum im-
petere tentant, seipsoꝝ æterna
morte, æternisq; supplicijs dig-
nos efficiunt; insuper & nobis
eundem in passione super mel,
& fauum dulciorem effecerūt.
Mirabilius quid dicam. etiā ipſi,
qui Christū occiderunt inimici,
quoties resipisci voluerint, & pe-
nitere, de ore occisi à se leonis
possunt mellis dulcedinem gu-
stare, hoc est ab ipso, quem oc-
ciderunt, misericordię dulcedi-
nem, tantique sceleris veniam
imperare: sic enim legim⁹ Mar-

ci c. 15. de quibusdam, qui post-
quam Dominus Iesus in Cruce
voce magna clamans expiravit;
Reuertebantur percutientes pecto-
ra sua; ex quibus unus ait. Verè
filius Dei erat. Adde quod nihil
dulcius in ore nostri leonis in-
ueniri potuit, quam illa pro suis
crucifixoribus oratio ad Patrem;
Ignosce illis quia nesciunt quid fa-
ciant; qua quidem oratione, vt
notauit August. *Illis iam petebat*
veniam, à quibus adhuc accipiebat
iniuriam. & quid non dulcius de
ore eius, cuius vel solum nomē,
vt ait Bernardus, *est mel in ore,*
& iubilus in corde. Hanc verò cę-
lestis sponsi in loquendo dulce-
dinem petiit Ecclesia in illis ver-
bis Cant. cap. 1. *Osculetur me os-*
culo oris sui, quia meliora sunt ubi
ratua vino, flagrantia unguentis
optimis. Longè enim aliter Ec-
clesia noua divini sponsi presē-
tiam videre, eiusque suauissima
verba audire cupiebat, ac olim
populus Iudæorum ducem suū
Moysem, quem potius audire
volentes dicebant, *loquere nobis*
tu, & ne loquatur nobis Dominus
ne forte moriamur. Exodi. 20. hęc
sunt verba sinagogæ Moysem
suum per mansuetudinē audire
cipiētis. Et ecce plusquā Moy-
ses

Pro Dominica V. in Quadragesima. 105

les hic, nēpē Iesus nōster. Moyses enim licet mansuetus, tamē Aegyptium iniuriam facientem proximo suo, occidere non dubitauit; Iesus autem tot, tantisq; phariseorum prouocatus iniurijs, non solūm eos, cum posset, non occidit, sed ne maledicentibus quidem, & sēpē blasphemantibus, maledixit; sed Dei honorem zelatus ait, *Ego dæmoniū non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos in honorastis me.*

21. Expédite modò quanti Deus faciat salutem animarum. nō de dignatur honoris sui iacturam pati, iniurijs affectus nihil non mansuetē respondet, vt vel sic pharisei intelligent, quanti faciat eorum salutem, pro qua nō recusat tot opprobria sustinere. Honor, vt ait D. Thomas 2. 2. q. 103. art. 1. ad 2. est maximū bonum inter externa bona, quē omnes homines non tantum appetūt, verum etiam inter iucundissima censem, quēadmodum & assertor nōster tacitē docuit cum dixit; & vos in honorastis me; quæ quidem minimē diceret nisi crederet honorem maximi esse faciendum, iuxta id, quod dicitur Proverb. 30. *Melius est bonum nomen, quam*

multæ diuitiæ. Vnde cum innumeris affectus verberibus nihil respondisset, percussus tamē in maxilla à ministro pōtificis ait, *Cur me cædis?* Ioan. 18. sustinuit tamen saluti nostræ consulens, ^{Ioan.} nobis relinquens exemplum, vt ^{18.} vestigia eius sequamur. Sic & Apostolus. 1. Cor. 4. stultus vocari passus est, & purgamenta, vt ^{1. Cor.} ipse loquitur, *huius mundi factus est omniū peripsema.* Hoc est iuxta expositionem D. Thomæ, reputatus sum, & à Iudeis, & à genibus, vt per me mundus inquietus, & propter meā occisionē mundus purgetur; & tanquam sim omniū peripsema: dicitur enim periplema quodcunq; purgamentū, vel pomi, vel ferri, vel cuiuscunque alterius rei. & hoc usque adhuc, quia scilicet continuè Apostolus illud patiebatur. sed aliquando deficiet secundū illud Sapientiæ. 5. vbi ex ore impiorū dicitor, *hi sūt, quos aliquādo habuimus in derīsum, & in similitudinē improprietatē.* & postea subditur. *Quomodo ergo computati sūt inter filios Dei?* Hæc D. Tho. in 1. ad Cor. c. 4. sic etiā Moyses pro populi salute proprium contempsit honorem. Exod. 32. cū ^{Exod.} scilicet Deus demisit me, inquit,

Annotationes in Euangelium

ut irascatur furor meus contra eos,
et deles eos: faciamque te in gen-
tem magnam. Grande honor, &
tudo despreza Moyses a conta-
de que não se perca o povo.
Cur, inquit, Domine irascitur fu-
rор tuus contra populum? &c. Hęc
meminerint, qui p minimo ho-
noris punto, cuncta subuerstūt,
dicentes à honoris mei iacturā.
&c. Quid superbis puluis, & ci-
nis? nonne vides Christum Do-
minum unicum Dei patris filiū,
nihili facere iniurias, blasphe-
mias, & opprobria Iudeorum
pro ipsorum salute; nēpe ut ostē-
dat proximi salutē honori pro-
prio nobis esse anteponendam?

Amb. Tanti verò Dominus noster
fecit humanam salutem, vt eam
sitire dicatur, quemadmodum

30. de eleemosyna, expendens
id, quod in cruce pendes dixit,
Sitio. Sitiebat, inquit, non potum
hominum, sed salutem: non aquam
mundi, sed redemptions: sitire se
simulat ut sitientibus eternam gra-

Bern. *lumen largiatur: neque enim poterat*
fons sitire. Vbi etiam beatus Ber-
nardus sitientem Christum al-
loquitur in hunc medium. *Quid*
sitis Domine? ergo ne te plus cru-
ciat sis, quam crux? de cruce siles,

et de siti clamans sitio? quid? nostra
salutem, &c. Ad eandem sitim
spectat id, quod Iudeus dixit, quod
facis fac cito. In quo sensu in-
telligitur illud Psal. 20. *Domine*
in virtute tua lætabitur rex, & su-
per salutare tuum exultabit vehe-
menter, hoc est, quia dispositisti
mundum saluare per ipsum, vt
ait Cassiodorus, desiderium ani-
mæ eius tribuisti ei. Eadem siti,
eodemque desiderio desidera-
uit pascha manducare cum dis-
cipulis suis, ponere animam, &
sumere, ac mundum redimere,
vt exponit beatus Augustinus.
Nouit hoc, qui dixit ei in spiritu
loquens, *ad prædam ascendisti fi-*
li mi: requiescens accubuisti; pro
quiete enim fatigationis suæ co-
putauit mortem durissimam:
porque deseiaua, & quem tem-
o que deseja descansa. Vnde ad
ea verba sic ait Ortis. *Siccine re-*
quiescis Domine? hęc est requies-
tua post tantam fatigationem. Ut Ortis
dum crucifixus pendes, requiescere
dicaris: *Et quidem fratres ipso eru-*
diente intelligo quod in tantum di-
lexit nos, ut ex quo venit in mun-
dum, pœnalis, & fatigatio plena
esset ei dilatio suæ mortis, per quam
mundus iuificandus erat. & hoc
satis patet cum ait, quomodo co-
arctor.

Psalm
20.

Gen
49.

23:

Pro Dominica V. in Quadragesima. 100

arctos donec perficiatur. Quæ cū ita se habeant, nihil mirū si Iudixis blasphemantibus, tam benignè responderit dicens, *Ego dæmonium non habeo, sed honerifico Patrem meum, & vos in hono- rastis me.* Neque enim attendebat à quibus patiebatur, sed pro quorū salute moriebatur; neq; eorum volebat iniurias vlcisci, pro quibus venerat crucifigi.

Hæc meminisse oportet cum te aliquis afficit iniurijs, ne adulationem prouoceris, neue malū pro malo reddere velis; fortè enim pro illo Christus mortuus est; & plerumque, ut notauit D.

Aug. *Augustinus, cum tibi videris odire inimicum, fratrem odisti, & nescis.* Meminisse quoque iuuabit,

Zach. *quod si vlciscaris, prius te, quam alium lædere oportet, iuxta illud Zachar. 2. qui vos tangit, tangit pupillam oculi sui.* Hoc est, qui vobis nocet, sibi prius nocet, quam vobis; grauiter enim punietur. Ita Cyrillus, & Vatablus, vel sic. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi sui, seu eius, id est Dei,* ut nimirum Propheta ipse loquatur, quasi dicat maximè Deū offendit. Videturque Propheta alludere ad illud Deuter. 32. Cir- cunduxit eum, & docuit, & cu-

stodiuit quasi pupillam oculi sui.

Quam custodiā postulauit Re-

gius Vates dicens in Psal. 16. à

resistantibus dexteræ tuæ custodi-

me, ut pupillam oculi; quem locū

expendens Ambrosius lib. 6. in

exameron sic ait. *pupillæ ne qua*

incidentis iniuriæ offensione læda-

tur, pilis hinc inde consertis, velut

quodam vallo per circuitum mu-

niuntur: unde tutum auxilium po-

stulans Propheta ait, custodi me

Domine, ut pupillam oculi; ut pro-

tectionis diuinæ fieret tam secura

custodia, quam pupillam oculi, tu-

tissimo quodam naturæ vallo mu-

nire dignatus est: simulque quia,

& innocentia, & integritas leui

sorde aspersa violatur, & gratia

suæ munus amittit. Hæc Ambro-

sius.

Notandum est etiam verbū,

tangere, in praedicta Zachariæ

auctoritate, idem esse ac mini-

num lædere; inde verò discé

summum Dei erga nos amorē,

qui vel minimum suorum tactū

sibi acerbissimum esse demon-

strat, cum eū comparat læsioni

pupillarum. D. Hieronymus in

commentarijs super Zachariam

sic eundem locum exponit.

Qui sanctos Domini tetigit, sic

est quasi vexare cupiat pupillam

Hier.

Annotationes in Euangelium

Matt.
5.
oculi eius; & illum nitatur clara
luce priuare, de qua loquitur Mat-
th. 5. *Vos estis lux mundi.* Itaque
vult Diuus Hieronymus sanctos
esse velut lumen oculorum Dei;
quo quid preclarus dici potuit
ad amplificandum iniuriarum
magnitudinem, quibus sancti a
sceleratis hominibus afficiun-
tur? nihil enim aliud praestant,
quam pupillam Dei tangunt,
eiusque oculorum lumen offe-
dit. *Quod si Deus ita offendit*
in servis suis persecutionem
ab impijs hominibus patientibus,
vt dixerit, Saule, Saule quid me
persequeris? quanto magis vobis
videtur, Iudeos laesisse oculos
divinae maiestatis Christum Do-
minum, de quo dixerat, *hic est*
filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui? Nec tamen idcirco
de Iudeis blasphemantibus
vindictam sumere voluit, cum
posset, ne nobis in re simili, idē
licere putaremus.

25. *Abraham pater vester ex-
ultauit ut videret diē
meum: vidit, & gau-
sus est.*

Videntur Dominus IESVS
his verbis velle eos ad fi-

dem prouocare: cum enim Iu-
dæi saepissimè dixerint se esse
filios Abrahæ, eisque Christus
superius responderit, *Si filij A-
brahæ estis, opera Abraham facite,*
nunc eisdem clarius ostendit,
quæ sint opera Abrahæ, quæ
imitari debeant: *non enim om-
nes, qui ex Abraham, hi sunt filij*
*Abrahæ, sicut ait Paulus ad Ro-
manos cap. 9. id est, non qui filij*
*carnis hi, filij, sed qui filij sunt pro-
missionis estimantur in semine;*
neque enim naturæ, vt dixit
Theodoreetus, sed virtutis que-
rit Deus generationem. Cum
igitur pharisæi de patre Abra-
ham gloriarentur, ait illis Do-
minus noster; *Abraham pater*
vester exultauit, ut videret diem
meum, &c. quasi diceret. Si filij
Abrahæ estis, credite cum illo,
vt fidei ipsius veri filij esse pos-
sit: ipse enim creditit Deo, &
reputatum est illi ad iustitiam:
vidit diem meum non carnis,
sed fidei oculis. *Vidit & gausus*
est; vos autem qui non solū me
præsentem habetis, sed etiā tot
miracula quotidie videtis, quæ
nemo potest facere, nisi solus
Deus, neq; tamē creditis, insup-
& blasphemātes, me iniurijs affi-
citis. vel ergo cū Abrahā patre
ve-

vestro credite, vel de ipso tanquam de patre nolite gloriari, cuius opera non curatis imitari: apud Deum enim solum eius fidei filij in semine reputantur.

Eodem sensu apud Ioannem Euangelistam cap. 1. legimus de Nathanaele dixisse Iesum, *hic est*

bis. 1 Dere Israelita, in quo non est dolus:
non quod Nathanael ex genere esset Israel, sed quia in Christū crediderat. & propter fidē erat filius Israel, & Ioannes Baptista etiā de fide dixit, *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios. A-*
Matt. brahæ. Matth. 3. hæc est illa alle-
AdG. goria, de qua loquitur Paulus
lat. 4. ad Galat. 4. Abraham, inquit, duos
filios habuit: unum de ancilla, &
unum de libera: sed is, qui de ancil-
la iuxta carnem natus est; qui vero

26. de libera iuxta re-promissionē; quæ
sunt per allegoriam dicta. Sciant
igitur Iudei, quod si solum glo-
riantur se esse filios Abrahæ na-
turali propagatione sicut Ismael,
cum ipso foras eiciuntur, nec
villam in domo paterna habere
possunt hæreditatem: sic enim
scriptum est Gen. 21. dixisse Sa-
ram ad Abraham. Eiже ancillam,
& filium eius: non enim hæres erit
cum filio meo Isaac. Dolens igitur
Christus de hac filiorū eie-

ctione reducit eis in memoriā Abrahæ patris eorum fidem, vt si velint eam imitari, cum Isaac promissionis filio possint regnum Dei hæreditare. & hoc est quod Phariseis ait. *Pater vester Abraham exultauit, ut videret diē meum, vidi gauisus sum.*

Quis autem fuerit dies, quē vidi Abraham, & quo pacto eū viderit, cur etiam gauisus fuerit, iam nobis est inquirendum. Et quidem quod attinet ad pri-
mum varię sunt doctorum opiniōnes. Prima est eorum, qui pu-
tant diem Christi, diem æterni-
tatis suę appellari, cupijsque Abraham videre diē suum, hoc
est ipsum Christum, quatenus
erat æternus, cognoscere: cog-
nouisse autem per fidem: quia
credidit Abraham Deo, & reputa-
tum est illi ad iustitiam. Sic Au-
gustin. hoc loco, & lib. 2. contra
Pelagium, & serm. 70. de tem-
pore. & Beda in commentarijs.
Diem meum, inquit Augustinus,
vidi, quia mysterium Trinitatis
agnouit. Neque tamen ipse Au-
gustinus improbat diem Chri-
sti esse tempus, quo in hac vita
homo versatus est. Alij diē Chri-
sti intelligunt aduentum eius in
carne, totumque tempus, quo

Annotationes in Euangelium

in mundo versatus est, id, quod omnes Patres veteris testamēti videre sūmoperē cupiebant, iuxta illud eiusdē Christi Matt.

Matt. 13. Multi prophetæ, & reges do-
13. luerunt videre, quæ vos videtes, &
non viderunt. Sic Iræneus lib. 4.

c. 11. Hylarius lib. 5. de Trinit. Bernardus serm. 6. in vigilia Nativitatis. Alij diem suum, crucis, & passionis suæ tempus vocari dicunt, eumq; diem Abrahamū optauisse, quem sciebat salutem sibi, & omnibus hominibus allaturum. Sic Chrysostom⁹, Theophilactus, & Exthymius. Quo modo autē Abrahā viderit diē Christi, non conuenit inter doctores. Conueniant quidē omnes, quod fide illum viderit: in figura verò, minimè: nā alij volunt figuram fuisse Isaac. Gen. 22. ita Chrysostomus, Ammonius, Theophilactus, & Euthymius. Alij cū Abraham tres vidit, & eum adorauit. Gen. 18.

27. sic August. Beda, & Rupertus.

Vidit igitur Abraham diem Christi, nempe crucis, & passio- nis eius in monte, quem iuben- te Domino ascendit, filium im- molaturus, vbiverosimile est, & credibile reuelatū ei fuisse my- steriū crucis, in qua immolādus

erat filius Dei Christus Iesus verus Deus, verusq; homo: ideo namq; Isaac nō est immolatus, sed aries, quia Christus mori- rū erat quatenus homo, quem aries ille immolatus figurabat; fuit ergo hæc manifesta figura Christi cruci affixi. Quid est enī, quod Isaac ad immolandū Gen. ducitur, & ligna portat, aræ suæ super imponitur, & viuit, nisi qđ redemptor noster ad passionē ductus, lignū crucis portauit, & sic in sacrificio pro nobis ex humiliitate mortuus est, vt tamen ex diuinitate immortalis permaneret? reducenda sunt in memo riā verba illa patriarche tunc tē poris ad Isaac. Dominus prouidebit sibi victimam sacrificij filii mi. & videte arietē, quē in mōte hæreniē cornibus Dominus iussit immolari pro Isaac; neque enim hoc sine mysterio factum est. Est autē mysteriū quod sicut tunc prouidit Deus victimā pro Isaac, quemadmodū illi prædi- xerat Abrahā dicens, Dominus prouidebit sibi victimā; prouidit autē arietem; qui ibi immolatus est pro Isaac, vt figura esset sa- crificij, quod Deus pater accep- turus erat pro mundi redēptio- ne: sic etiā postea, quando venit plen-

plenitudo temporis missus est filius Dei in mundum ut in monte Calvariae offerretur sacrificium acceptabile in remissionem omniū peccatorum, & ita iam non in figura, sed in rei veritate Dominus sibi victimam sacrificij prouideret, sicut predixerat Abraham.

28. Ceterum cum dies Christi, quē Patriarcha vidit, passionis, & crucis eius dies intelligendus sit, quid est, quod Dominus Iesus ait, *Vidit, & gauisus est?* Iētare fuit Abrahā de Christi iniurijs, & blasphemijis de flagellis, de spinea corona, de crucis baulitione, de clavis, eius manib⁹, pedibusq; infixis, ac deniq; de morte omniū crudelissima Iētarī ne potuit Abrahā, ut de illo datur, *Vidit, & gauisus est?* dicendū videtur patriarcham non de Christi morte, & passione, sed de innumerabilibus bonis, ac Dei beneficijs, quibus eius Ecclesia donāda erat per passionem eius, & mortē, Iētarī potuisse: de hac enim lætitia non Abrahæ modo, sed totius populi Christiani predixerat Isaias propheta c. 9. *Lætabuntur, inquit, corā eo sicut, qui lætātur in messe: sicut exultat victores capta præda, quādō dividunt spolia.* Ecquis enim non

maxime lætitur vidēs Deus patrē per filij mortē iā hominibus reconciliatū, nec nō & ipsius filii brachijs in cruce extensis amplectus peccatorū? *inter brachia Salvatoris,* ait Aug. *& vivere volo, & mori cupio.* Quis nō gaudet videns beatissimum illum diē Christi, quo ipse se inclinavit, ut ijs omnibus, qui antea fuerant inimici, osculadaret? vide quid dixerit Augustinus. *Casper inclinavit in morte, ut suis fidelibus oscula daret.* Quis nō lætitur videns angelum Dei post multam cedem, Dei iussu gladium in templo deposuisse? Ecce Dominus Deus, qui ante paradisi portā, angelū collocaverat gladium habentem, mortuo filio eius Iesu, iam gladium deponi iussit, voluitq; ut deinceps regnum cœlorū patcretur, postquam Dominus Iesus cruce eius tanquā clave paradisi portas iussit aperiri. His igitur, & multis alijs de causis *Abraham exultauit ut videret diem Christi,* *Vidit, & gauisus est.* Iudei vero, qui de patre Abraham solū gloriabantur, nec Christum videre exultabant, nec diem eius festum, hoc est passionis, & crucis, alia de causa, quā ut eundē

Annotationes in Euangelium

occiderent, ne amplius videri posset, videre cupiebant: ideo enim modo iam ipsum lapidare voluerunt, sicut Ioannes Euā-
gelista testatur. Christus verò Dominus, quia non dum vene-
rat dies eius, quem Abraham
videns gauisus est, abscondens
se ab oculis eorum, exiuit de
templo.

ANNOTATIONES IN EVANGELIVM, Pro Feria quarta post Dominicam V. in illud Ioan. cap. 10.

*Ambulans Iesus in porticu Salomonis circundede-
runt eum Iudei dicentes. Quousque animam
nostram tollis? si tu es Christus dic
nobis palam.*

I.
Euthi-
mius.



Otādūm est ex Eu-
thyrmio Iudeos cir-
cundedisse Christū,
vt ex eius sermoni-
bus aliquam habe-
rent occasionem persequendi:
cum enim eius opera non pos-
sent arguere, à verbis prætextū
aliquem inuenire cupiebant. Ec-
ce nec Iudei à malitia quiescūt,
nec Christus à clementia: Do-
minus noster deābulans in por-
ticu illos expectat: illi vero cir-
cundant obseruantes, vt si palā

diceret se esse Christum, cum
quod se regem faceret accusa-
rent: hac igitur de causa eum
ambulantem in porticu circun-
dederunt.

Vbi primò notandū est ver-
bum, circumeundi, malitiā quā-
dam, & nocendi cupiditatem af-
ferre, vt sit sensus, Iudeos per-
scrutando, & cum quadam cir-
cunspectione, & oculis, vt ait
Plautus, emissijs eum circun-
dedit. Quo sensu dicitur 2. 16.
Reg. cap. 16. Oculi Domini con-
tem-

^{Zach.} templantur vniuersam terram. & Zachar. 4. Oculi Domini, qui discurrent in vniuersam terram. De hac verò in malum perscrutatione locutus est Petrus in sua prima epistola cap. 5. cum nos i. Pet. ut sobrij simus hortatur, quia aduersarius, inquit, vester diabolus circuit quærens, quem deuoret: hoc est peruagatur, perscrutatur, & circunspicit, quid in mundo agant mortales: qua via possit illis nocere. Circuit, non deabulat recreationis gratia, sed studio quærendi, inueniendi studiosissimus; quærens, quem deuoret, incredibili fame, hoc est perdendi cupiditate stimulatus, de uorandiq; auditate inflammatu. Circuit, sicut hostis cum muru obsecræ vrbis explorat quamnam parte imbecillior sit, aut operari pugnari facilior, & expugnari. Hanc diaboli in circunueniēdis hominibus nequitiam obseruit D. Ioannes Chrysostomus sub his verbis. Se ipsum accusat diabolus, quod nullum habet domicilium fixum, sed cunctas perlustrat regiones, aduersus cunctos mortales pugna suscepit.

2. Didymus verò circuitonem hanc refert ad dæmonis feritatem, & immanitatem. In sanctis, in-

quit, & præ furore circuncursantis sunt illa verba, nempe, circuit quærens, quem deuoret. Simili modo intellige illud Sathanę apud Iob cap. 1. Circui terram, & perambulaui eam. Vnde & illud Psalm. 58. quod in hostes, & in apparatores à Saule missos primo dictum est verissimè in dæmones quadrat. Conuertentur ad eum sperram, famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem, ne scilicet aliquis euadere possit. ipsi differgentur ad manducandum; si verò non fuerint saturati, & murmurbunt. Vbi notandum est, circum eentes dæmones, illos ipsos esse, qui per vniuersam terram disperguntur ad manducandum semper esurientes, nunquamque aliud meditantes quam prædam animarū ut saturentur: sic enim Saul apparitores miserat, qui caliditate, nocentiq; cupiditate stimulabantur; sic David ipsum quæritabant huc illuc at errantes, viasque omnes occupantes, & intercludentes, quemadmodum ipse dicit in Psalm. 11. in circuitu impij ambulant, quod Theodoretus intelligit de persecuzione iustorum, quam impij moluntur, iustos circumire, & obsidere conantes.

Obi-

Annotationes in Euangeliū

Obiter autē obseruare libuit
Remigio, iuxta quem impij in cir-
citu ambulare dicuntur, quia nū-
quam intrabunt in illam fælici-
tatem, seu octuam, pro qua in-
scribitur iste psalmus, cum sem-
per in miseria voluantur. Itaq;
significat Remigius Deum recta
via esse quærendum, atq; ideo
impios, qui in circuitu ambo-
lant, nunquam ad Deum peruen-
tuos: quia nunquam ex suo re-
rum temporalium circulo egre-
diantur: sicut enim, ut Caieta-
nus exponit, qui semper incederet
per circumferentiam, nunquam ad
centrum perueniret, sic impij in cir-
citu ambulantes, remotique à cē-
tro, qui est Deus nequaquam ad il-
lum unquam poterunt peruenire;
imò, ut aliorum afferam expo-
sitionem, in suorum semper cir-
citu peccatorum ambulantes,
instar parvulorum, qui in circui-
tu ambulantes turbantur, subi-
toque decidunt in terram: ipsi
quoque peccatores, iustos cir-
cunuenire vadique studentes,
circumeuntesque circa tempo-
ralia continuò perturbantur, &
& in peccata læpissime corrūt;
qua in re dæmonem imitantur,
qui propterea, ut nonnulli ad-

uerunt, Iesu semper capite, &
perturbatus incedit, quia in cir-
citu ambulat, iuxta id, quod
ipse ad Dominum respondit.
Circuui terram, & perambulaui
eam. Job. 1. Hac igitur diaboli
circunueniendi ratione Iudæi
induti, & veluti armati, Christū
Dominum ambulantem in por-
ticu Salomonis tentantes cir-
cundederunt; quid vero circū-
uenientes profecerint videa-
mus, vt inde manifestum etiam
fiat quid proficiant impiji iustos
persequendo. & primum qui-
dem, quod attinet ad Iudæo-
rum aduersus Christum impie-
tatem, eos potius sibi nocuisse,
quam Christo, nemo non vi-
det; idque prædixerat David
Propheta Psal. 117. sub apium
similitudine, cum sic ait. *Cir- 117.*
cundederunt me sicut apis: haec
enim similitudinē Haimon, &
magister sententiā arbitrā-
tur indicatam fuisse Iudæorum
euersionem, propter Christi
persecutionem: sicut enim
apes in fixo aculeo, se se euise-
rant, & moriuntur, ita Iudæi,
occiso Domino IESV Christo,
perierunt.

Idem vero, quod Propheta
ceccinit de Corpore Christi na-
tura;

turali à Iudæis inimicis circundato ad modum apium mellis fauum circundantiū , aculeosq; in obuium quemque infigentium, intelligendum est in universū de corpore eius mystico, hoc est de vniuersis Christi fidelibus ab hostium in cursu circumuentis: magis enim & prius impius persecutor se ipsum lædit, quam alios offendat, sicut apis prius se ipsam eviscerat, quam aliquem possit aculei in fixione ferire.

Secundò notandum est impios præter quam quod se ipsos prius , magisque lædunt dum alijs volunt nocere , puriores etiam reddere eos , quos iniuste persecuntur: id enim testatur de se ipso Propheta tanquam igne persecutionis purgato. Ps. 65. *Probasti nos, inquit, Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* & paulo post. *transfuimus per ignem, & aquam.* Notat autem D. Augustinus rationem, ob quā Deus nos prius per ignem , deinde per aquam in refrigerium adducat. *Vas,* inquit, *quod in igne formatum est, aquam non timet: si autem solidatum igne non fuerit, tanquam lutū aqua soluetur.* *Noli festinare ad*

aquam; per ignem ad aquam transfi, ut transeras & aquam; firmus esto aduersus ignem; et qui te oportet; tanquam vas fictum mitteris in caminū ignis, ut firmetur, quod formatum est. Itaque vult Diuus Augustinus hominem prius bene probatum tanquam igne coctum , nullas iam amplius persecutiones formidare, quēmodum vas in igne coctum, nō timet aquam.

Ecce vidimus quantum impij persecutionibus suis , Christi seruis , etiam nolentes proficiunt; id, quod maximi beneficij loco accipendum est: sunt enim multi, qui in tribulationibus non sicut argenteum in igne conflantur , sed sicut plumbum , quod in igne consumitur, hoc est igne persecutionum suarum deteriores redduntur; id enim de Iudaico populo ad literam dictum est Hieremias. capite sexto, *Consumptum est in igne plumbum: frustra conflauit.* *conflator: malitia enim eorum non sunt consumpta.* Ne igitur sicut plumbum in igne aliquis consumatur, sed potius per patientiam, & malueritudinem omnes reddantur puriores, quid Christus Dominus , & magister Iudeæ-

Annotationes in Euangeliū

d̄eis circunuenientibus, per mā
suetodinem in exemplum suorū
fidelium cum ab inimicis perse-
cutionem iniuste patientur, res-
pondent, audiamus.

*Loquor vobis, & non cre-
ditis, &c.*

Mirā Iudæi superiū ostē-
derunt mentis cæxitatē
dicens, si tu es Christus dic no-
bis palam: cum enim iam eos fer-
mone erudierit, & ad credendū
admonuerit, dicebant, quod sig-
num ostendis nobis, hoc est, quid
operaris ut credamus tibi? Ioā-
nis 6. cum verò opera demon-
strat, quæ arguebant ipsum esse
Christum, dicunt ei, si tu es Chri-
stus, vt multi scilicet propter
opera tua existimant, dic nobis
palam. Dominus verò noster et
si eorum vafriciem haberet cō-
pertam, multisque modis eoru-
rum malitiam, tum insipientiam
refellere posset, mansuetè tamē
respondebat, docens non in om-
nibus coarguendos esse tenta-
tores, sed multa patientia ferē-
dos, Ait ergo frustra à se quæri-
an sit Christus, tum quod cre-
dere noluerint, cum id satis iam
dixerit, tum quod opera ipsius,
se esse Christum aperte testarē-

tur, quibus potius operibus crē-
dere deberent, quam verbis. &
hoc est, quod modo ait, *loquor
vobis, & non creditis.*

Maximè nobis cauēdum est
à quacunque inordinata passio-
ne: omnia enim, & aliquando
ipsam fidem corruptit. Vnde
Dominus noster Iesus, Ioannis
cap. 5. *Quomodo, inquit, vos po-
testis credere, qui gloriam ab inui-
cem accipitis.* Prudentia enim in
intellectu constare nequit, nisi
passiones in ordinem redigan-
tur per virtutes. Hinc est, quod
inordinatus affectus erga diui-
tias, licitos apparere facit innu-
meros contractus manifestè in-
iustos; & in manifesta damna
trahit inordinata passio, sicut in
Sansone manifestum est, qui cū
videret Dalilam eius mortē cu-
rare, illi tamen aperuit in quo
fortitudo sua cōsisteret, id, quod
inordinata in Dalilā affectio fa-
cile perfecit. Idem contigit Sa-
lomonī, qui sciens, & videns té-
pla confecit idolis. Idem quoq;
in multis hodie peccatorib⁹ ex-
perimur, qui cum videant viam
se inferi tenere, ab ea tamē no-
lunt ullo modo declinare.

Hoc idē apparuit in 1. Reg.
20. ubi refertur quod David
cum

cum fugeret à facie Saulis , qui eum interficere moliebatur, sic amicum Ionatham Saulis filium allocutus est. *Si aliqua iniquitas est in me, tu me interface, & ad patrem tuū ne introducas me.* Ecce David ad Saulem introduci recusat, quia inimicus , ne scilicet ab inimico interficiatur , Ionatham verò precatur ut se occidat si velit, quia ex amico nihil non bonum se accepturum credebat , imò ab eo vel mortem ipsam cum sit quoddam nature malum, bonam sibi futuram esse posse sperabat.

8. Huc etiam spectat illud Berthaeb ad regem David iam iā moritum; *Erit, inquit, cū dormierit Dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego, & filius meus Salomon peccatores.* Hoc autem dicebat postulans ne regnaret Adonias post David , sed Salomon filius eius. quasi diceret, alioquin erimus peccatores: Adonias enim ductus cæca , & insatiabili regnandi cupiditate, me, & filium meum morte dignos iudicabit, non alia ratione, quam quia regnum ambienti, nos illi impedimento futuros es se timebit. Quia eadem fortè ratione ipsem et Salomon cū reg-

niam clavum teneret. 3. Reg. 2. ibente David, quia Adonias postulauerat Abisag sunamitū dem dari sibi in uxore : sic respondit matri suæ Bersabeth dicens, *Detur Abisag sunamitis fratri tuo Adoniae uxori; cui rex quare, inquit, petis Abisag sunamitis de Adoniae? pete illi & regnum. Viuit Dominus quia hodie occidetur Adonias.* Quare o Salomon non iudicasti Adoniam morte dignū heri, & nudiū terrius, & que enim peccator fuit heri, & hodie? timuit sibi Salomon ne forte regnum amitteret, si daretur Abisag Adoniae uxori, & hac cœca regnandi passione iudicauit illum peccatorem , morteque digniorem. Super hac re vidēda sunt, quæ diximus supra in annotationibus in Euangeliū pro Dominica in quinquagesima textu , *ipſi nihil horum intellexerunt.* Quamobrē cum Redemptor noster Iudeis sæpe dixerit se esse Dei Patris filium, & Messiam in lege promissum, multis, & maximis comprobauerit miraculis, nihilominus ipsi nec verbis acquievere, nec miraculis ipsius fidem vñquam habuere: ideoque ipsis postulantibus, vt palā diceret, an Christus esset,

Annotationes in Euangelium

esset, respondit, loquor vobis, & non creditis opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniū perhibent de me.

Sed vos non creditis quia non estis ex ouibus meis.

¶ **M**irabilem hoc loco Dei clemētiā inuenio: quādā enī videbat fore ut Iudeos p̄ incredibilitate desereret, tūc eos maximē allicere videtur, docēs qua ratione oves pascuæ eius fieri possint: subdit namq;. Oves meæ vocē meam audiunt, quasi dicaret. Hodie si vocē meam audieritis non obdurantes corda vestrā recipiam vos inter oves meas, quibus vitæ pabulū p̄stabo, ne pereatis. Quod verò ait, vos non creditis quia non estis ex ouibus meis, verū quidē dicit, & taniē terrēdo dicit, vt qui blāditijs non alliciūtur, terroribus trahantur. Hæc eadē diuina clementia, & misericordia manifestè apparuit apud Isaiam cap. 1.

Imai. 1. vbi postquā Dominus innumerabilium illius populi scelerum meminisset, his verbis cōcludit. Laborauis sustinens. cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis; & cum multipli- canterius orationē, non exaudiām:

manus enim vestræ plenæ sunt sanguine. Quis non putaret his cōminationibus velle Deū demittere populū suum secundū desideria cordis eorū, vt irent in adinvētionibus suis? videte modo Dei bonitatē. Lauamini, inquit, mundi estote: auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè: discite benefacere: denite, & arguite me. Super quibus verbis Ioānes Chrysost. hom. 3. de pœnitētia Ch. tom. 5. sic habet. Ipse Deus dicit non audiā vos, & dicit lauamini, mūdi estote, &c. quorū utrumque diligenter ingeritur: id ut terreat: hoc ut alliciat. Deus verè clemens, verè pius super patrem. atque ut discas quod pater est, dicit, quid faciam nescio. nescis quid facies? scio, sed nolo. experit peccatorū natura, sed continet clementiæ magnitudo.

In hanc eandē sententiam B. 10. Aug: in lib. de vita Christiana c. 2. ad illa verba Hieremias c. 3. Conuertimini filij conuertētes, & ego sanabo cōtritionē vestrā, Ecce, inquit, qualiter morti obnoxii, ut vivat hortatur. quā leniter, quam clementer inuitat, ut etiā peccatori- bus patris non neget pietatem: & adhuc filios appellat, qui patrem Deum peccando perdidérunt; Et tu cum

Pro Feria quarta post Dominicam V.

112

eum contemnis, qui amplius quam tu ipse te diligit; qui te mori cupientem, vult vivere. Tu mori voluisti peccando, illa te vivere vult convertendo. O stulte, irreuerens, ingrate, qui neque in hoc Deo, qui tibi vult misereri, consentis.

Chrysolog
Consentanea habet Petrus Chrysologus ad illa verba Lu.
cæ. 15. Surgam, & ibo ad patrem. Ego, inquit, perdidi, quod erat filij, ille, quod patris est non amisit. apud patrem non intercedit extraneus; intus est in patris pectore ipse, qui interuenit, & exorat affectus. Vr- gentur patris viscera iterum, filium genitura perueniam. ibo ad patrem reus; sed pater filio viso, cooperit mox reatum. Dissimulat iudicem, qui magis implere vult genitorē; & sententiā cito vertit in veniā, qui redire cupit filium, non perire. Hæc Chrysolog. in persona filij prodegi.

Vt autem pluris faciamus tā-
tam Dei erga peccatores boni-
tatem, & dignationem, operæ-
11. preium duxi in memoriam re-
vocare speciale illud auxilium,
quo Deus præuenit peccatorē,
vt conuertatur: datur enim ex
sola Dei misericordia, & boni-
tate, & omnino gratis: hanc ve-
ro dicimus esse maximam Dei

in peccatores miserationē, quod videlicet, cum aliquis sit immersus peccatis, nihil aliud cogitans quam Dei offendam, ipse tamen Deus verè pius, vereque misericors tune tempore illum misericordiæ oculis velit respice-re, quē iuste posset æterno supplicio damnare. Vnde Ezechie-Ezec.
lis 16. dicitur in persona Dei;^{16.}
Vidi te conculcari in sanguine tuo,
& dixit tibi, in sanguine tuo vive. Hoc est in peccato. Hinc etiam Paulus Apostolus 2. ad Thim.^{2. Thim. mot.}
1. Vocauit nos vocatione sua san-
cta, non secundum opera nostra, sed
secundum propositum suum, & gra-
tiam. Qua ratione etiam Diuus Bern.
Bernardus serm. 67. in Cant. in
persona ipsius Dei sic ait. Non te
re cligerem tua merita inueni, sed
præueni. & sermon. 69. in Cant.
Propter hoc, inquit, Deus non pater
verbi tamum, sed pater misericor-
diarum est appellatus, quod innatū
habeat misereri semper, & parcere.
& loquens de illa misericordia,
qua Deus præuenit peccatorē
existentem actualiter in pecca-
to, quid illi animæ, inquit, dulce sa-
piet cui misericordia tanta non sa-
pit, qua Deus non modo non meri-
tos, sed & male meritos præuenit,
ut dum adhuc filij sumus ire, &
ope-

Annotationes in Euangelium

operamur opera mortis, ipse cogitet super nos cogitationes pacis: & ne petentibus quidem, immo & impetratis, & repellentibus spiritum bonum, & spiritum adoptionis, &

12. Vitæ, largiatur?

Videor mihi videre Dominum nostrum Iesum Christum in porticu Salomonis Iudeis undique circundatum, & præ eorum duritiem, mentisque cœcitatem, tactum dolore cordis intrinsecus, eo quod nullus eorum visitationis suæ tempus vellet agnoscere, nec quo amore eosdē amplexurus aduenerit; qui non quouis, sed ardentissimo, & zelo typo quodam amore hominem diligit; & idcirco homo fieri, mortemq; acerbissimam opere voluit ut eum ad se amandum obligaret. Qua ratione Isaías cap. 9. postquam de incarnatione, cruceq; disseruisset, ait.

Isai. 9. Zelus Domini exercituū fecit hoc. quasi dicat Propheta. Si quis rationem quærat quare parvulus natus est nobis, cur datus filius, cur crucem humeris gestauerit, in eaque imperium, & principatum constituerit, intelligat, hec omnia ex ardéissimo quodam in nos amore profecta fuissent. Vbi notandum est zelum eā

elle mentis affectionē, qua quis ita diligit quempiam, ab eoque vicissim diligi exoptat, ut totū illum sibi vendicet, nec patiatur eum aliquam amoris sui partē in aliū diriuare. Quia igitur Deus sic hominem diligebat ut non pateretur illum quidquam aliud præter se, vel propter se unum amare, dicitur ab Isaia ex zelo omnia illa fecisse. Quo sane modo Deus olim synagogā videtur dilexisse, idque Exodi 34. satis ostendit cū sic ait Moses. Noli adorare Deum alienum: ^{Exod} Dominus zelotes nomē eius. Deus est emulator. Id, quod expendēs Origenes homilia 8. in Exodū, Hæc, inquit, qui loquitur zelans ^{Orig} est, & zelo commotus hæc dicit: post agnitionem sui, post illuminationem Verbi diuini, post gratiam baptismi, post confessionem fidei, & tot, tantisque sacramentis matrimonium confirmatum, non vult nos ultra peccare. non patitur animam, cuius vel sponsus, vel vir appellatur, cum dæmonibus ludere; scortari cum immundis spiritibus: cum vitijs, & immunditijs voln- ^{13.} tari. Hæc Origenes. Comigitur Redemptor noster videret ferè totam synagogam Iudeorum, quam sibi desponsauerat, & ma-

xime

ximē hos, à quibus circundatus erat, Iudeos in porticu Salomonis, tot, tātaq; in se collata beneficia parui facere; cumq; eos nec verbis posset molire, nec signis attrahere, iā quātæ illi curæ sint oues, pprię, hoc est ij, quos dilit, subpastoris, ouiūq; metaphora ostendit, vt vel sic eos alliciat. & hoc est, quod modo ait, *oues meæ. Gc.*

*Oues meæ sequuntur me;
Ego vitam aeternam
do eis, Ego non peribunt
in eternum.*

O vium suarū nomine præ destinatos intelligit, quos ipse præuidebat ex omnibꝫ mūdi partibus fore ut voce eius auditā statim sequeretur eū, atque ad minimū eius sibilū velociter venirent, quemadmodū prædixerat Isaías c. 5. Eleuabis, inquit, signum in nationibus procul: & sibilabit ad eū de finibus terræ: Ecce festinus velociter veniet; quem locum, quāvis D. Hieronymus interpretetur de Romanis, qui sub Tito Iudeorum gentē oppresserūt, quos Dominus quasi vexillo erecto è longinquo dicitur euocasse, simul etiam aliorū

referit sententiam, qui de genitū vocatione locum accipiūt, quæ elevato signo crucis, & depositis oneribus peccatorum, velociter venientes crediderunt.

Quanta verò sapiētia Deus, Sap. 8 qui attingit à fine usque ad finē, & disponit omnia suauiter, gentium, prædestinatōrum q; omnium disposuerit conversionē, & fidem, docuit Clemens Ale- xādrinus in exhortatoria ad gētes; quo loco ostendit Christū 14. fuisse nouū quendam cytharædum, qui tum per se, tū per suos prædicatores, omnia ad se, concentus suavitate traxit; cōmemoransq; illam græcorum fabulā, qua Orpheus, & alijs solo cantu dicuntur feras reddidisse mansuetas, sylvasq;; & rupes attraxisse, docet id per solū Christum verè fuisse perfectū. *Solus ipse, inquit, feras mansuefecit: 10-* Clem Alex. *lucres quidē, id est eos, qui ex se ipsi sunt leues: serpentes, id est, deceptrices: leones, eos, qui ad iram sunt concitati, sues, eos qui sunt volup tati dediti; lupos, eos, qui sunt rapaces; lapides etiā, & ligna, id est eos, qui lapides & ligna adorabant;* Matt. *qui instar lapidis insipientes erant, 3.* *inxta illud Matt. 3. potens est Deus de lapidibꝫ his suscitare filios. Abra*

Annotationes in Euangelium

hæ; hoc est gētiles, qui lapidibus cre
diderūt. Hæ ergo omnes immanis-
simas feras, & tales lapides ipse cœ
lesti cātu in māsuetos homines trās
formauit. Vide quantū potuerit no-
num canticum? homines ex lapidi-
bus, & homines fecit ex feras. &c.

Neq; verò valde mirandū est,

15. quod hæ tam efferatæ gētes ad
vocē eius sic currenerat, de quo
Petrus dixerat, Verba vita æternæ
habes Dñe, quo ibimus? videte me
Ioā. 6: do, & attēdere quo modo verū
sit, quod dictū est verba vita æ-
ternæ Dñm habere. Venite, in-
quit, ad me omnes, qui laboratis,
& onerati estis, & ego reficiā vos.

Matt.
14: Quid igitur mirū si laborantes
post illū currant, à quo tā benig-
nè ad refectionē vocātur? huius
modi autē cursum efferatarum
gentiū ad Christi refectionem,
prædixerat Isaías c. 11. ubi puer
parvulus, hoc est Melsias, instar
pastoris ad pascua quotidie pe-
cora vocātis, rectur⁹ dicitur gre-
gē quendā ex agnis, hēdis, vitu-
lis, ouibus, lupis, pardis, leoni-
busq; constantē, tāta seruata in-
ter tā dissimilia animalia cōcor-
dia, ut lupus cū agno habitet, &
cū hēdo accubet pardus; vitu-
lusq; leo, atq; ouis simul cōmo-
rētur; quia nimirū Melsias ho-

mines natura efferatos, & potē-
tię magnitudine superbiētes, de-
beret reddere ita mansuetos, vt
possēt humilē, & facilē cū abie-
ctis hominibus cōsuetudinē tra-
ducere: denique posset eos per
euāgeliij prædicationē cicurare,
& illos æq; atq; inopes, & infir-
mos eodē doctrinæ, fidei, sacra-
mentorūq; pastu, in eadē Eccle-
się caula inclusos alere, legib⁹q;
suis ad euāgeliij humilitatem, &
māsuetudinē erudire. & hoc est,
quod ait, habitabit lupus cū agno;
& pardus cū hēdo accubabit: L. 111
lūlus, & leo, & ouis simul morabū-
tur, & puer parvulus minabit eos:
vitulus, & vrsus pascētur; simul re-
quiescent catuli eorū; & leo quasi
bos comedet paleas. Quæ omnia
meminerat Redemptor noster
Dñs Iesus cū Iudæos allocutus
in porticu Salomonis ait, *Quæ*
*meæ sequuntur me, & ego vitā æter-
nam do eis, & non peribūt, vt vel*
sic eos alliceret ad credendum,
quo facilius possent cū suis oui-
b⁹ æternæ vitę pascua inuenire.

Illud autē mirū videri debet,
quod populus duræ cervicis eō
demētiæ, & cæcitatis venerit, vt
cū bos cognoscat possessore suū
& asinus præsepe dñi sui, ipsi tñ
quos dñs vt filios enutrierat, illū
&

& impudenter spreuerint, & vt blasphemū lapidare voluerū: id autē Deus apud Iaiā c. 1. maxime dolere ostēdit dicēs, cognovit bos possessore suū, & si nus præ sepe Dñi sui, Israel autē me no cognovit, & populus meus non intellexit. Vagēti peccatrici, popu lo gravi iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis; doreliquerunt Dñm, blasphemauerunt sanctū Israel, ab alienari sunt retrorsum. Vsq; quo percutiam vos ultra? Videte miram Dei in expectādis peccatoribus patiētiam, & longanimitatē; non solū ingratā synagogā nō ponit, sed quadā zelotipia ductos, eā brutis animalibus boue, & asino de teriore dicit, vt saltē præ confusione reuertatur, iuxta illud Ps. 72. Impie facies eorū ignominia, & querere nomen tuum Dñe. Hæc verò Dei miseratio, & benignitas verè hodie apparuit in Christo: ideo enim ad Iudæorū cōfusione ait, multa opera bona ostēdi nobis propter quod eorū vultis me lapidare? & cū posset vel illic blasphemātes anihilare, vel in igne mittere inferni in æternum cruciādos, nolens tñ aliquē perire, beneficia exprobat, eosq; arguit de ingrati animi crimine, vt alli ciat verbis, quos operibus non

attraxit: sic enim Petrus apostolus attractus est cū dixit, Verba viræ habes Domine quo ibimus?

Quod verò attinet ad Christi benignitatem, quæ apparuit nobis, notādus est locus elegātissimus apud D. Bernardū sermone 9. in Cantic. ad illa verba Canticorum cap. 1. Meliora sunt ubera tua Dño; vbi per duo spōsi ubera intelligit geminam dulcedinem, quę exuberat in Christi pectore, videlicet, longanimitatem in expectando, & in donando facilitatem. De priori ubere loquitur Paulus ad Rom. 2. an dixitias bonitatis eius, & patientie, & longanimitatis contēnis? an ignoras, quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? vbi nomen diuinarum ingentē copiam, & abundantiam significat: per bonitatem verò non ea est intelligenda, quæ malitię opponitur, sed benignitas sicut postea vulgatus transtulit dicēs, an ignoras, quod benignitas Dei. &c. De secundo ubere dicitur Ezechielis 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea vita viuet, & non morietur. Vtrumque Regius Vates Ps. 102. duobus verbis cōplexus est; longa Palma

Annotationes in Euangeliū

nimis, inquit, & multū misericors. Isaias etiam cap. 6. sub eadem metaphora, hanc ipsam amoris dulcedinē explicauit. Lætamini, inquit, cū Hierusalē omnes, qui diligitis eā, ut sugaris, & repleamini ab ubere misericordiæ eius: & multigeatis, & delitijs affluatis ab omni moda gloria eius. Et rursus. ab ubere portamini, & super genua bla dientur vobis.

Notanda est autē huius similitudinis, seu metaphoricæ locutionis ratio: recte enim Deo tribuūtur ubera, cū interim spiritus carnē, & ossa non habeat: & sicut in fæminis ubera appetēte partus tēpore turgescunt, editaq; iam prole distenduntur, & cordi, præcordijsque insident, ideoq; matrē ad nutriendū fætū, amoris admonere evidentur: eodē prorsus modo Deo, cum eius amor erga nos per opera multū iam crevisset, quasiv ubera ipsius turgescere cæpta sunt: & appetēte partus tēpore, hoc est incarnationis dominicæ, distenta admodū fuerunt ad nouum fæthi educādū. Quod enim ante incarnationē hæc Dei ubera non admodū turgerēt, testatur

Isaias qui c. 63. vbi cū Deo cedere expositulat in hunc modū.

Vbi est zelustuus, & fortitudo tua? multitudo viscerū tuarū, & miserationū tuarū super me, continuērunt se. Verū post incarnationē, copiosè sane eius uberatumuerunt, sicut explicauit Paulus ad Tit. 3. cū sic ait. Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Christi Dei, &c. Quo loco notandū est in græco contextu pro eo, quod nos habemus humanitas, esse dictiōne significantē nō humanitatē, sed amorē erga homines; vt sit sensus. vsq; adeo Deū homines dilexisse, & benevolū erga eos se demōstrasse, vt filiū suum vnigenitū in terras miserit. Vnde D. Hieronymus huius nominis significationē, clemētiā interpretatur. Sed de humilitate, hoc est de humanę natūræ assūptione, pleriq; accipiūt; in quo opere præcipue, Dei in nos amor, & clementia resplenduit. Quamobrē D. Bernardus ser. 1. in die Natiuitatis Dñi, apparuit, inquit, atēa omnipotētia in rerum creatione, apparebat sapiētia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiæ nūc maxime apparuit in humanitate. potestas subiectiōnē, maiestas exigit admiratioē, neutra imitationē; quousq; angusta ta est misericordia in sola angelorū

par-

parte, iuxta illud Psalm. 35. Domine in cœlo misericordia tua, ter
19. ram vniuersam condemnans; dilatet misericordia terminos suos; attingat à fine usque ad finem fortiter, disponens omnia suauiter. Restrictus est Domine iudicio sinus tuus: solue cingulum tuum, & veni miserationibus affluens. Neque verò D. Bernardus dicens solue cingulum tuum, & veni, existimandus est contrarium aliquid dixisse visioni illi, qua Ioannes in Apocal. cap. I. vidit eundem Dei filium præcinctum ad mamillas zona aurea: neq; enim ubera cinguntur zona aurea qd strictior fuerit in lege gratiæ misericordia diuina, cum fuerit tunc temporis multò fusior, ac latior, ut ostensum est, sed quia magis eluxit, & elegantius apparuit, & quasi zonam auream Christus charitatem suam præcinxit, iuxta illud Psal. 92. Dominus regnauit decorè indutus est; indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Est & alia non contemnenda expositio eius loci, quod attinet ad Christum ad mamillas zona aurea præcinctum, hoc est charitate, ut nimirum per mamillas, Dei misericordiam, & iustitiam intelligamus: per dexte-

ram quidem, misericordiā, per sinistram verò eius iustitiā: etenim in omnibus Dei operibus, misericordiam, & iustitiam recuperiri, docet D. Thomas I. p. q. 21. art. 4. iuxta illud Psalm. 24. Diu Tho, vniuersa diæ Domini misericordia, & Veritas. De dextro misericordiæ ubere fugitur lac indulgentiæ; de sinistro verò, lac correp- tionis: illud suauius, hoc paulò iniucundius; utrumque tamen Christi fidelibus salutare: idcirco enim Christus suos filios interdū ablactat, hoc est asperius tractat, de dextro ubere ad sinistrum transferens, ut iam robustiores effecti, sciant cum Apostolo & abundare, & penuriam pati, sicut ipse dixit ad Philip. 4. vnde & Isaiae 28. dicitur. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à laete, auulso ab uberibus. Quem locum ponderans D. Chrysostomus sermone in Iob, & Abrahām, quandiu, inquit, imperfecti sumus, nobis parcitur; & quandiu lactamur paterne fouemur. Vbi autē perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina subimus. Observandum est autem ex eodem Chrysostomo, non fuisse dictū, ablactos ab ubere, sed auulso, quia

Annotationes in Evangelium

cogimur aliquando, recedere à laetādo, ut per omne discrimen eamus. In huius verò rei typū Abraham filiū ablaſtauit factō grandi cōuiuio. Gen. 21.

Gen. locum Ambr. lib. 1. de Abrahā

Ambr. C. 7. sic ait. Non quia à nutricis la-

Etè subductus est puer, magnū con-
uiuum exhibuit, sed quia idoneus
habitus est Isaac fortiori gratiæ ci-
bo, & virtutis alimento.

Iam verò quia Deus fidelibus suis tum misericordiā, tum iu-
stitiam ex charitate præbet, re-
ftè Christi mēmillæ zona aurea
præcinctæ dicuntur, qua chari-
tas ipsius Christi significatur.
Cum igitur Deus in populum
suum innumera contulerit be-
neficia, idque tantum eximia in
eos ductus charitate: ipsi autem
hæc omnia obliti, tanquā mul-
ta febri frenetici, lapidibus ac-
ceptis, in medicum à quo cura-
bantur iusurgētes occidere vo-
luerūt, meritò cœlestis medicus
cū eisdē expostulat dicēs. *Multa*
opera bona ostēdi vobis, ppter quod
eorum me vultis lapidare? cui ipsi
respondentes dixerunt. De bono
opere non lapidamus te, &c.

*De bono opere non lapida-
mus te, sed de blasphemia.*

CAeca mēs inuidiæ passio
ne, attenuare semper so-
let aliena bona, nec potest ali-
quid magnū in alijs videre. Ecce
cū possit isti dicere de bonis o-
peribus (multa nāq; Christus se-
cerat eis) inuidiæ tñ facibus accē-
si, de bono, inquiūt, opere non lapi-
damus te. Similiter & Eliab Dau-
dis frater, de eodē ad bellū per-
gēte locutus dicitur 1. Reg. 17.

Cum enim ipse David diceret
velle se cum Goliath descendere in singulare certamen, quæ-
rere que quidnam daretur viro
qui percuteret eū, audiens hoc
frater eius Eliab maior natu, ira-
tus est contra David, & ait. qua-
re venisti, & quare dereliquisti pa-
culas oues illas in deserto? ego no-
ni superbiā tuam, & nequitia cor-
dis tui, & quia vt videres prælium
descēdisti. Vbi primò notādum
est verbū illud diminutiū, pau-
culas oues; posset dicere gregem
reliquisti, & verū diceret. Vel
saltē diceret oues paucas, nō ve-
rō pauculas diminutiū. Dein-
de animi cius virtutē attenuat,
& fortitudinē cū ait, Ego noui su-
perbiā tuā, vt ostēderet David
nō exvirtute, sed ex superbia
illud dixisse; ne ergo virtus eius
gluceret, Ego, inquit, noui super-
biā

biam tuam, & nequitiā cordis tui.

Verum quia Deus (ut plurimū) solet inuidos torquere augendo bona eis, quibus inuidemus, statim apparuit Dauidem non ex superbia, sed ex virtute venisse: ipse enim Eliab, qui fratrem ne pastoris quidem nomine dignum existimatuerat, paullò post regis generum ab omnibus appellari, postea verò totius regni clavum, nemine contradicente, tenere vidit, ut propriæ inuidiæ tortore, aliena fælicitate cruciaretur. Insuper & qui exprobauerat prælij tantum venisse spectatorem, vidit eundem ex singulari certamine, absiso Phelistei capite rediisse vitorem. Id, quod etiam contigisse legimus Ioseph cum fratribus: qui enim neque per somnium ferre poterant ut Ioseph eisdem præponeretur in regno, ideoq; ipsum in Aegyptum viderunt, ijdem paucis post diebus fratrem suū, cui inuidebant, totius Aegypti præpositum vindentes adorauerunt. Vides quā sit inuidia suorum semper carnifex? Hanc, inquit Chrysologus, qui receperit, sua sustinet sine fine supplicia: quis enim ibi malorū finis, ibi alterius bonum pœna est?

ibi cruciatus est aliena fælicitas? Hanc, & alias inuidorum pœnas videtur exactè descripsisse Ouidius 2.lib. Metamorph. ubi finit Palladem inuidiæ domum ad euntem, sequentibus eandē verbis describens.

Protinus inuidiæ nigro scalentia tabo.
Tecta petit, domus est imis in vallis: bus ætē
Abdiea Sole carens, nec ulli per via vero;
Tristis, & ignauiplexissima frigoris, & que
Igne vacet semper; caligine senectus abudet.
Huc ubi pertenit belli metuenda virago
Constitit ante domū (œq; enim succedere
tectis

(sat.

Fas habet) & postes extrema evipide pul-
Concussæ patuere fores. vidie intus edentes
Vi pereas carnes, vitiorū alimenta suorum
Inuidiam, visoque oculos auctit: ab illa
Palor in ore sedet, macies in corpore totus;

Ex quibus verbis patet inuidorum tormenta esse proprijs carnibus lacerari, ait enim Palladem vidisse inuidiam vi pereas edentē carnes vitiorum alimenta suorum, &c. Tales erant impij Iudæi dicentes, *de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia:* torquebantur enim maximè bonis Christi operibus, de quibus ipse ait, *Multa opera bona ostendi vobis propter quod vultis me lapidare;* ipsi verò inuidia tabescentes, extenuantesque eius bona opera responderunt, *de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.*

Annotationes in Euangelium

ANNOTATIONES
IN EVANGELIVM,
Pro Feria V. in Cœna Domini.

*Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia venit
hora eius, &c. Ioan. cap. 13.*

Hodie, charissimi fra-
tres, verè apparuit nobis
benignitas, & humanitas
Saluatoris nostri Dei, cum non ex
operibus iustitiae, quæ fecimus, sed
secundum magnam misericordiam
suam misertus est nobis. Beatus

Bernardus sermone primo de
Epyphania intelligit hæc Pauli
verba de Nativitate Domini no-
stri Iesu Christi secundum car-
nem; *Prius enim, inquit, quam ap-
pareret humanitas, latebat benigni-
tas: siquidem & prius erat: nam
& misericordia Domini ab æterno
est. Sed unde tanta agnoscipotera?
promittebatur, sed non sentiebatur;
unde & à multis non credebatur.*

*Multifariè quippè, multisque mo-
dis loquebatur Dominus in prophe-
tis, ego inquietus cogito cogitationes
pacis, & non afflictionis. Sed quid
respondebat homo afflictione sen-
tiens; pacem nesciens? quousque di-*

*citis pax, pax, & non est pax? propter
huc Angeli pacis amare flebant
dicentes, Domine quis credidit au-
ditui nostro? sed nunc credant hu-
mines vel visui suo, quia testimo-
nia Domini credibilia facta sunt
nimis. Hæc Bernardus.*

Quod si hæc dici potuerunt
de IESV apparente in carne in
die nativitatis ipsius, propter ni-
miam charitatem, qua diligens
nos Deus misit filium suum in
similitudinem hominum factū,
videte quanto cumulatius, quā-
toq; ardenter eandem, hodier-
na die manifestam mundo fe-
cerit in omnes charitatem, cū
scilicet filius Dei Dominus no-
ster Iesus Christus (quasi parū
esset in similitudinem hominis
venisse, & humano habitu inue-
tū fuisse) voluit etiam in simili-
tudinē serui, seruis suis serviens
inueniri. Videte Dei filium, qui
ha-

I.
ad Ti-
cum

Secunda

Ad He-
bri. 1.

habet in cœlo millia milliū angelorum sibi ministrantium, & decies centena milium sibi assistentium, hodie non in solio excelso, & eleuato sedētem, sed genibus flexis, linteoque præcinctum, aquam in peluim mittentem, & sicut vilem seruum, seruorum pedes lavantem. Nō ne, hoc est quod dixeram, hodie videlicet apparuisse maximam eius humanitatem, inefabilem benignitatem, incredibilemq; Saluatoris nostri Dei humilitatem? quid enim humilius potuit excogitari, quam angelorū Dominum, pedes seruorum lavare? quid humanius, quid benigni^o, imò quid pulchrius, maioriq; seruorū suorū amore dignius? ait enim Bernardus, quanto pro me dilior, tanto mihi charior.

Lauamini ergo, fratres, hodie cum discipulis, mundi esto te, auferite malum de cordibus vestris; nemo Iudas assistat. omnes sittentes venite ad aquas, apparuit enim hodierna die infinita De liberalitas. Videte Dei liberalitatem; Venire, inquit, pro p^rate, emitte absque argento, & absque illa commutatione vinum, Glac. Vbi primò notandum est verbum, omnes, non enim hūc,

vel illum vocat, sed omnes in vniuersum ad has salutiferas aquas magna voce invitat. Vnde Zachariæ cap. 13. aquæ istæ ad quas omnes invitantur appellantur fons patens. Erit, inquit, ^{Zach.} fons patens domui David, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Patens fons est sanguinis Christi, & omnibus expositus: qui cunque scelerum maculas eluere, & depravatae vitæ mores emendare voluerit, veniat, & mū detur. tam gentibus, quam Iudæis vitales effundit aquas iste diuinus fons. Vnde Augustinus ^{Aug.} tractatu 92. in Ioannem, Christi, inquit, sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum posset dele re, quo effusus est. Secundò notandum est etiam verbum, sitiētes, sitire enim oportet huius fontis aquas, ad quas non fastidientes, sed sittentes vocantur, quia animi salutem non omnes, sed solū sittentes eam, consequuntur: quemadmodum enim qui non sitit, ad fontē minimè currit, sic qui suam non sittunt salutem, fontes Christi non cutat; is verò cui Deus æternæ vitæ sitim in pectus immisit, quemadmo-

Annotationes in Euangelium

admodum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita ad fontes Christi properat, ut hauriat sibi aquas cum gaudio de fontibus Salvatoris. Hauriret quidem vel ipse Iudas proditor, si vellet Christi fontem sitire: id enim significauit Dominus Iesus in eo, quod non discipulorum tantum, sed & Iudei etiam pedes sacris manibus lauit, ostendens se quoque mentis ipsius fordes paratum esse, sanguine suo lauare, si ipse proditor tanti vellet peccati penitere.

Venite ergo fratres, & emite absq[ue] illa commutacione vinum, & lac: vinum poenitentiae, & lac misericordiae: adeo enim Deus noster hodie liberalis est, ut maximi pretij loco ducat ipsum amicitiae, & gratiae desiderium, ac voluntatem, quae iustificatione anteceedit; ideoque quanuis gratiam offerat absque illa commutacione, vtitur tamen verbo emendi, dicens, emite absque illa commutacione: quia ijs, qui gratiam suam sicutientes accipiunt, non gratis se dare existimat, sed vendere, nimirum pro accipiendo desiderio, & voluntate. Audi sub
N^o. per hac re Gregorium Nazianzenum oratione in sanctum bap-

tisma, vbi etiam predictum Isaiae locum expendit, & veluti commentatur sequentibus verbis. Omiram beneficentiae celeritatem; & facilem contrahendi rationem; hoc bonum solo voluntatis, pretio emendum tibi proponitur: appetitionem ipsam Deus ingentis pretij loco habet. Sitit, sitiri, bibere cupientibus potum praebet; cum ab eo petitur beneficium, id beneficio ducit. iunctius ille dat, quam alij accipiunt.

Denique vere eius hodie apparere vidimus liberalitatem, cu[m] thesauros bonitatis ipsius, & misericordie gratis offert etiam in gratis, & abluere paratus est, sicut aqua proditoris pedes, ita sanguine suo eorum scelos, qui ipsum sanguinem effuderunt. Noli ergo, inquit Bernardus, contemnere Dei misericordiam, si non sentire vis eius iustitiam, ut enim scires quanta districtio succedit, tanta illa mansuetudo praeuenit. ex magnitudine indulgentiae, magnitudinem ultionis attende: immensus est enim Deus, & infinitus in iustitia, sicut in misericordia. multus ad ignorandum, multus ad negligendum: sed misericordia quidem priora sibi vendicat: propter hoc enim benignitatem praerogavit, ne

*per eam reconciliati, seueritatem
Videamus securi. Ecce ergo nunc
misericordiaz tempus accepta-
bile, Ecce nunc dies salutis.
Vide quam sit acceptabile tem-
pus, cum nec ipsum proditorē
amicī nomine priuauit. Amice,
inquit, ad quid venisti? qui autē
amicum vocauit eum à quo vē-
ditus fuerat, paratum se ostendit
eundem recipere si vellet
pœnitere. Vidisti benignitatē?
vide modo eiusdem Domini
immenſam largitatem. Latro-
nem de Cruce recepit in reg-
num. Hodie, inquit, mecum eris
in paradiſo. Fuit autem quando
post mortem, pſius anima cum
Christo descendit in limbum:
vbi enim est Deus ibi & para-
diſus, & regnum cælorum est.*

*Hæc autem, & similia forte
erant opera illa, & inuentiones
Dei, in quibus regius Propheta
se meditaturū pollicebatur di-
cens in Pſa. 76. Meditabor in om-
nibus operibus tuis, & in ad inuen-
tionibus tuis exercebor. Videau-
mus ergo, quem fructū Prophe-
ta perceperit ex suis meditatio-
nibus circa huiusmodi Christi
inuentiones: est enim non mo-
dicus præuiderat. Christū Do-
minū proditori suo Iudæ mul-*

*ta amoris signa ostēorum, quæ
vel saxeum cor possēt emolire.
Præuiderat quoque eundē Do-
minum Iesum in Cruce pendē-
tem pro inimicis oraturum il-
lis verbis. Pater ignosce illis, &c.
Ex his verò inuentionibus ad lu-
crandum inimicos, hanc Chri-
stianissimā eliciebat consequē-
tiam, ergo inimici sunt à nobis
diligendi. Fructus verò, quem
percepit ex huiusmodi medita-
tionibus non modicus fuit: ipse
enim postea cum tempus affuit,
idem fecisse legitur cum Saule,
& domesticis eius cum iam in
pace regnaret super Israel, sicut
refertur in 2. Regū. c. 9. Est ne,
inquit, aliquis de domo Saul, &
faciam cum illo misericordā Dei?
quasi diceret, quicunque inuē-
tus fuerit de domo Saul inimi-
ci mei, veniat ad me, vt faciam
cum illo misericordiam mag-
nē. Sic enim intelligimus verba
illa, misericordiam Dei, sicut etiā
illa, Cedros Dei, & mōtes Dei, que
pro cedris, montibusq; magnis
accienda sunt. & forte sic etiā
intelligendus Ioannes Bapſista lo. 12
cum de Christo dixit, Ecce agnus
Dei, hoc est, Ecce vobis osten-
do agnum illū magnū, de quo
Isaias locutus est cū dixit c. 26.*

Annotationes in Euangelium

Emitte agnum Domine dominato-
rem terræ, &c. Fuit namque ag-
nus ille Christus Iesus etiam cū
paruulus dat⁹ est nobis, ita mag-
nus, ut misericordiæ suæ velle-
re totius mundi potuerit vesti-
re nuditatem. Audisti agni Dei
magnitudinem. Vide eiusdem
agni dominatoris maiestatem.
Veniebant milites cum gladijs,
& fustibus cōprehensuri Iesum
Dei agnum vt posset immolari
pro nobis, verum vt ostenderet
se non solum esse agnum ad im-
molandum, sed etiam terræ do-
minatorem, sicut petierat Isaias
ad mundum liberandum, ait illi-
lis, quēm queritis? dicentibusque
illis, Iesum Nazarenum, ait illis,
Ego sum. quo audito abierunt re-
trorsum, & ceciderunt in terram.
Ioannis. 18.

Accipite & aliam Dei inuen-
tionem ex ijs, in quibus Prophe-
ta exercebatur. *Ante diem festū*
6. Paschæ sciens Iesus qui venit ho-
ra eius, vt transeat ex hoc mundo
ad Patrem, quo transitu vniuer-
sum erat mundum redemptu-
rus, qua id inuentione fecerit,
iam videte. Potuisset quidē vel
alio tempore, vel si in die festo
placuerat, potuisset domi, & nō
coram omnibus mortem subi-

re, sed noluit nisi in die festo,
quādo scilicet ex omnibus mū-
di regnis maxima Iudeorū tur-
ba conuenerat ad diem festum
celebrandum, vt ignominia pas-
sionis ipsius ab omnibus vide-
retur; in cuius rei inuentione
meditabatur Dauid, & veluti in
admirationē tanti mysterij rap-
tus, in Psal. 73. non sine myste-
rio dixit. *Operatus est salutem in*
medio terræ. Hoc est in sancta ci-
uitate Hierusalē in medio mū-
di sita, quo tunc temporis infi-
nita hominum multitudo ex to-
tius mundi nationibus ad diem
paschæ celebrandum, conflu-
bat, vt eius passionis ignominia
neminē posset latere. Quid hoc
agis bone Iesu? videris nihil fa-
cerē illusiones opprobria, flagel-
la, ac denique mortis ignomi-
niam, crucisque opprobrium,
quæ te manent Hierosolymis,
siquidem & ciuitatem in medio
mundi sitam, & diem festū pa-
schæ potius quam alium elegi-
sti, vt à cunctis mundi regioni-
bus confluente hominum infi-
nita multitudine, nudus in cru-
ce pendens ab omnibus videa-
ris? num, bone Iesu, te latebat à
Iuda in manus inimicorum esse
tradendum, & à cæteris etiam

Apo

Apostolis, & amicis derelinquē
dum, à Iudeis contemnendū,
ab Herode veste alba illuden-
dum, à militibus spinea corona,
eo quod te regem feceris coro-
nandum, ac denique in monte
Caluariæ in Cruce in conspe-
ctu totius populi exaltandum?
vt quid igitur ad hæc omnia diē
festū paschæ elegisti, sciens tunc
in sancta ciuitate plures futuros
esse testes passionis?

Scio quidem, ó mitissime Iesu, scio te hæc omnia optime sci-
re, quemadmodum & Euange-
lista notauit, *Sciens, inquit, Iesus*
quia venit hora eius ut transcat
ex hoc mundo ad Patrem. Scio quo-
que te omnia vitare potuisse:
omnia enim dedit tibi pater in
manus, sicut idē Ioānes Euan-
glista obseruauit; Ecce vobis,
fratres, Dei inventionem ante
oculos cum Propheta meditā-
dam propono. Christus Iesus
omnia nouerat. Præuiderat pas-
sionis ignominiam, sicut ipse ait
in Psal. 68. *Operuit confusio facie-*
meam. & Psal. 63. tu scis oppro-
rium meum, & confusionem meā.
hoc est, tāta futura est, vt à nul-
lo alio præter quā à te uno sciri
possit, cum omnium scientiam
excedat. Adde Dominum Iesū

de crucis doloribus tactuisse, de
alapa vero à seruo pōtificis ac-
cepta sic cum eodem expostu-
lasse. *Si malè locutus sum iestimo-*
nium perhibe de malo, si autē bene
cur me cædis? Sanguis etiam ille,
de quo Lucas ait, factus est su-
dor eius sicut guttae sanguinis
decurrentis in terram, non tan-
tum ex metu mortis, sed ex ap-
prehensione, & consideratione
oprobrij, & nuditatis, quam in
Cruce pendens passurus erat,
emanauit: neque enim ex metu
videatur emanare potuisse: quia
metu sanguis ab exterioribus par-
tibus retrahitur ad cortanquā
ad arcem; unde metu homines
pallidi fieris solent, desente san-
guine exteriore parts mem-
brorum; pudore autem, & ve-
recundia idem sanguis à corde,
cæterisque partibus interiori-
bus trahitur ad faciem; hinc est
quod vultus eius, qui vere cun-
datur, solet rubore perfundi. Cū
igitur Dominus ad passionem
iturus factus in agonia prolixius
oraret, eique representarentur
opprobria, illusiones, verbera,
nuditas sui corporis in cruce pē-
dentis, factus est sudor eius sicut
guttae sanguinis decurrentis in ter-
ram, Hæc & alia multa considera-
randa

Iō. 30.

18.

Luc.

22..

8.

Luc.

22.

Annotationes in Euangelium

randa veniūt in particula, Scieſ ſciat hora eius ut tranſeat: cum enim omnia ſciret, nihilo minus tamen diem festum paſchæ ſibi eligendum putauit, tāquam inuentioneſ in qua quis poſſet cum Prophetæ ad confūdendam hominum ſuperbiā, & arrogantiam exerceri. Iam ad aliam eiusdem diei festi inuentioneſ tranſeamus.

*Surgit à Cœna, & ponit
vestimenta ſua.*

de manu diaboli, à quo captiuus tenebatur; imò ad reſuſcitandā eius animā mortuam iam, hoc eſt Christi gratia, & charitate priuatam: ſicut enim corpus viuit ex anima, ita anima viuit ex gratia, & charitate; & ſicut moritur corpus anima recedente: ſic & anima, quoties propter peccatum ab ipſamet, gratia, & charitas separantur.

Mementote illius viri beati, ^{Pauli} de quo loquitur Dauid in Psalmo primo. Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decuſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo; quæ verba B. Ioannes Chrisotomus de Chriſto Domino intellexit; qui ſolus in via fuit beatus propter uionem diuini Verbi, & eius anima beatissima Deum ſemper videbat: ideoque dictus eſt à Propheta plantatus ſecus decuſus aquarum; de cuius torrente voluptatis alibi dicit beatos eſſe potandos. Datus autem erat fructu passionis, & humilitatis ipſius in tempore ſuo, hoc eſt hodierna, & crastina die, quod tempus ſou appellauit Euangelista Ioannes illis verbis, Sciens quia venit hora eius; videte modo sanctissimum iſtud lignum fructu ſuo onuſtū,

9. **S**urgit à Cœna, & ponit vestimenta ſua, & cum accipiſſet linteum preeiuxxit ſe. Recolite ea, quæ Apostolus ſcribit ad Philippones. 2. de Christi forma ſeruili. Formā ſeruit, inquit, accipiēs, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Ecce hodie Dominus Iesuſ verè inuenitus eſt in habitu ſerui, in quo ſeruis ſuis Apostoliſ nō eſt dedignatus ſeruire, vt hac inuentione ſeruum nequam Iudam videlicet lucrifaceret, insuper & alios doceret, quomodo deberet ſibi inuicē ſeruire. Ecce video Tobiam à coena ſurgentē, non quidem ad ſepeliendum filiū Iſrael iacentem in platea, ſed ad eruē dum ſikum Iſrael, Iudā ſcilicet,

^{adPhi}
^{Iip. 2.}

^{Tob.}
^{2.}

ramosque eius pondere fructus
usque ad terram depresso. Ce-
pit lauare pedes discipulorum suo-
rum. Ecce lignum platum se-
cū decursus aquarum, quod
humilitatis, charitatisq; fructum
dedit in tempore suo, cuius fru-
ctus pondere presus ad pedes
Apostolorum genibus flexis, ca-
pite demisso, fluentibus uberrimi-
mè lacrymis, cæpit lauare. Hoc
tantum deerat humanæ humili-
tati exaltandæ, ut Deus ipse, &
Dominus angelorum, qui sub
pedibus hominis omnia subie-
cerat, se ipsum quoque subijce-
ret, eiusque pedibus proprias
subijceret manus; quēadmodū
etiam & hoc solum deerat Chri-
sti humilitati, ut qui in forma
hominis minoratus fuerat paulò
minus ab angelis, in seruili ho-
die forma positis vestimentis, lin-
eoq; præcinctus, pedes discipu-
lorū lauado, paulò minus etiam
minimis hominibus minor ipse
videretur. Exinanierat semetip-
sum filius Dei, hominis formam
accipiens; exinanivit quoque se
ipsum hodie filius hominis ho-
minum pedes lauaturus formā
seruilem induens, ut in ministe-
rio omnium vilissimo, homini-
bus posset seruire.

Capit lauare.

Caepit lauare pedes discipu-
lorum, non illa aqua tan-
tum, quam in peluim miserat,
sed lacrymis etiam copiose pro-
fusis: meminerat enim Domi-
nus Iesus multos, quibus tantæ
charitatis opus, tantæque humili-
tatis passio nihil erat pro fu-
tura. Videbat ante se Iudā, imò
videbat se ad pedes ipsius, in cu-
ius cor iam diabolus miserat, ut Ica. 13.
traderet pretio vilissimo Iudeis
mansuetum illum agnum, qui
pro salute ipsius venerat immo-
lari. Qui tamen Iudas post tan-
tam Christi charitatem in eadē
cordis duritie cū reprobis om-
nibus erat permansorus. Hac
ergo de causa Dominus Iesus
genibus flexis ante Iudam, ma-
ximam lacrymarum copiā pro-
fundens, eius cæpit pedes laua-
re. Vbi obseruandū est ex Chry-
sostomi, & Theophylacti sente-
tia Iudam fuisse primem cui Do-
minus pedes lauit; quod si ita
se habuit, id ad confusione no-
stram factum fuisse videtur, qui
inimicos nec aspicere digna-
mur, ne dum benelacere, am o-
risque signa ostendere.

Et quidem nos, fratres, eramus
ali-

Chry-
sost.
Theo-
phil.